ἀνελάβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα. » Καὶ ὁ Νύσσης· **A** « Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου (1), τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφιβόλως ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἐαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως (τὸ Πνεῦμα (2)) μὴ ἀπειργούσης. » Ἄλλων οὖν, ὅτι ἢ ἐκ οὐκ ἀπηγέρευται, ὡς αὐτὸς φησι, καὶ μεσιτείαν ἐνταῦθα δηλαῖ ἢ διὰ· ὡς γὰρ διὰ τοῦ προσεχῶς λέγοντος· *ἐκ τοῦ πρώτου*. Εἰ δὲ ὁ θεὸς Δαμασκηνὸς τὴν *ἐκ ἀπαγορεύει* διὰ τοὺς προειρημένους λόγους, ἀλλ' ἐπομένως τὴν *διὰ ἐπιφέρει*, τὴν τοῦ Νεστορίου καὶ Εὐνομίου κακοδοξίαν ἐκτρέφόμενος. Ἐνθα γὰρ τὴν *ἐκ ἀπαγορεύει*, *ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγων αὐτὸ λέγομεν*, ἀλλὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ ὁμολογοῦμεν ἐπιφέρει. Εἰ δὲ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ μετὰ τοῦ Υἱοῦ ἐβούλετο ὁ ἅγιος, οὐδαμοῦ δὲ τῶν ἐαυτοῦ λόγων τοῦτο τάθειαι, πάντως θαυμαστόν γε δοκεῖ καὶ παράδοξον, καὶ ταῦτα κολλάκις τῇ δὲ τῷ πτωτικῷ τούτῳ ῥήματι χρίμενας· ἀλλὰ καὶ πλέον μᾶλλον σοφιστοῦ ἢ ἀσφου ἐποιοῖ οὗτος ὁ ἅγιος, εἰ τὴν μετὰ πρόθεσιν νοῦν τὴν διὰ ἐπιθεῖ. Οἱ μὲν γὰρ σοφιστικὰ ὁμολογούμενοι φωνὰς τίθεισιν, ἵνα συμπάρωνσιν οὐκ ἀναγκαῖα, ἀλλὰ κατὰ βούλησιν· αἱ δὲ ἀσφαί· ἀλλὰς κατ' ἑλλεν λέξεις· ἀποφέρουσιν. Ὁ δὲ ἅγιος οὗτος καὶ σοφὸς ὢν καὶ θεολόγος, καὶ τὸ Εὐνομίον καὶ Νεστορίου καὶ Θεοδοῦρητου ἀναγνοὺς, καὶ μήτε· ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ δεχόμενος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς ὁ (3) Εὐνόμιος ἔλεγε μήτε **C** ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, καθὼς ὁ Νεστόριος ἔφρονει καὶ Θεοδώρητος, καὶ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ θεολογῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκπαρεύσθαι, εἰ τὴν διὰ τίθει ἀντὶ τῆς μετὰ καὶ σὺν ἕνδοι, καὶ πλέον σοφιστοῦ ἐποιοῖ· ὁ πῶρῳ τῆς ἀγίας καὶ ἀνεπιλήπτου ἐν πᾶσι ψυχῆς ἐκείνου. Ἀλλὰ καὶ ἂ προφέρει ὁ αἰδέσιμος Ἐφῆσαι συμβιβάζων διὰ παραδειγμάτων, ὡς Ἰσοδυναμοῦσαν τῇ διὰ τὴν ἐκ, μᾶλλον ἡμῖν συμφωνεῖ ἢ οὐτῷ φρονοῦντι τὴν διὰ ἀνεῖ τῆς μετὰ καὶ σὺν, ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἁγίων εἰρηκεν οὕτως ἐπὶ τῆς ἐκπαρεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἦν συνεπιτυγμάνη θεολογίαν εἶναι φάσκει, τὸ δι' Υἱοῦ ἐκπαρεύσθαι, δηλονότι τὸ δι' Υἱοῦ φανεροῦσθαι ἢ γνωρίζεσθαι ἢ ἐκλάμπειν ἢ πεφάνεαι, τοῦτο ἢ Ἐκκλησία οὐ κηρύττει. Εἰ γὰρ τὴν εἰς τὸν κόσμον καὶ μόνον φανέρωσιν δηλαῖ, καὶ οὐ δι' ἐκείνου ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πέφηνε δὲ αὐτὸ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, μὴ λεγέσθω (4) καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι. Ἐν γὰρ τῷ περὶ τοῦ Πνεύματος λόγῳ ὁ μέγας Βασιλεὺς φησι· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲν ἔχον ἐπικτητον ἐν ἐαυτῷ, ἀλλ' αἰδίως πάντα ἔχον, ὡς Πνεῦμα Θεοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφάνος (5). » Τὸ δὲ *ὄνκ ἀλλή τις ἰδιότης τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν ἢ τὸ μετ' αὐτοῦ γνωρίζεσθαι* οὐχ ὡς ὁ μέγας Βασιλεὺς λέγει, οὕτως· ἐξέβητο καὶ αὐτός· ὁ γὰρ θεὸς Βασι-

A « Aliud enim est proxime ex primo, aliud vero per id quod proxime exprimo; adeo ut Unigeniti ratio absque dubio in Filio permaneat et ex Patre esse Spiritum nemini sit dubium, Filii mediatione et ipsi Unigeniti rationem conservante et Spiritum a naturali ad Patrem habitudine minime arcente. » Itaque manifestum est præpositionem *ex* non amoveri (a Filio), quemadmodum ipse contendit, atque mediationem hic denotare præpositionem *per*, cum dicat *per id quod proxime ex primo*. Si vero divus Damascenus præpositionem *ex* removel propter eas, quas antea diximus, rationes, attamen consequenter præpositionem *per* inserit, evertens malam Nestorii atque Euzomii opinionem; ubi enim præpositionem *ex* removel iis verbis: *Ex Filio Spiritum non dicimus, inserit tamen: per Filium eum constamus*. Quod si autem hic Sanctus *per Filium* idem esse ac *cum Filio* voluit, nullibi vero in suis scriptis hoc posuit, valde mirandum id videtur atque peregrinum, præsertim cum sæpe utatur præpositione *per* eadem casus forma; verum et multo amplius quam sophista vel insipiens homo fecisset iste sanctus, si præpositionem *cum* intelligens, tamen *per* posuisset. Etiam Sophistas æquivalentes voces ponunt, ut inde concludere possint non necessitate logica sequentia, sed sua voluntati respondentia; insipientes vero alius pro aliis dictionibus preferunt. At iste sanctus, qui et sapiens et theologus erat atque Euzomii, Nestorii et Theodoroti scripta legerat, atque ex solo Filio procedere Spiritum sanctum, quemadmodum Euzomius dicebat, neque ex solo Patre, quemadmodum Nestorius atque Theodoretus sentiebant, admittens, sed ex Patre per Filium procedere theologica oratione prædicans, si præpositionem *per* ponens eam pro *cum* intellexisset, multo plura quam sophista fecisset; quod longe a sancta atque in omnibus irreprehensibili illius anima alienum est. Sed etiam ea quæ profert venerabilis Ephesi, deducens per exempla præpositionem *ex* præpositioni *per* æquivalere, magis nobis concordant, quam ipsi sumenti per loco *cum*, quod homo sanctorum ita dixit de sancti Spiritus processione et quam theologiam implicitam esse ait, per Filium procedere idem esse ac per Filium manifestari vel cognosci vel effulgere vel apparere, hoc Ecclesia minime prædicat. Si enim id denotat in mundum vel solum manifestationem, et Spiritus sanctus non est per Filium, apparuit autem ipse etiam ex Patre, non dicendum erit quoque eum ex Patre esse. Nam in libro *De Spiritu sancto*, magnus Basilius ait: « Spiritus sanctus nihil in se habet ascititium, sed ab æterno omnia possidet uti Spiritus Dei et ex eo apparens. » Quod vero ad ea verba spectat, « Non alia quædam proprietas est

(1) Hoc textu jam ad cap. 1 usus fuerat Noster.
(2) Τὸ Πνεῦμα dicest in cod., tamen necessario est ponendum.

(3) Ὁ habet Marc., f. 218 b, omitt. Mon. f. 129 a.

(4) Mon., f. 129 b, μὴ λέγεσθαι.

(5) Eadem Basilii verba apud Beccum Epigr. 13 (Gr. orth., t. II, p. 650).

Spiritus sancti ad Filium quam quod cum eo cognoscitur; non sicut magnus Basilius dicit, ita et ipse proposuit. Nam divus Basilius dicit *post Filium cognoscitur*, ut in vetustissimis exemplaribus reperies. Quod manifestum sit etiam ex aliis libris magni Basili, qui de ordine theologicam tradit doctrinam et similiter capite decimo septimo eorum quæ scripsit ad Amphiloichium: « Quemadmodum igitur, inquit, Filius se habet ad Patrem, ita et ad Filium Spiritus sanctus secundum formam et ordinem in baptismo trahitur. Quod si Spiritus una cum Filio collocatur, Filius vero cum Patre, etiam Spiritus cum Patre collocabitur. Et rursus in iisdem: Unus vero etiam est Spiritus sanctus per unum Filium cum Patre conjunctus. Liquet igitur exinde, non scriptum esse: *Cum Filio*, sed: *post Filium et cum ipso Spiritum cognosci*. Cum enim dialisset *post Filium*, ne quis temporis posterioritatem id significare putaret, protinus intulit: *et cum ipso cognosci*, summam unitatem per hoc declarans eorumque inseparabilitatem. Non enim est proprietas spiritus relate ad Filium, quod cum ipso cognoscitur; nam si hoc esset, etiam magnus Athanasius id edixisset. Sed quid dicit hic in epistola ad Serapionem, cujus initium: « Forsitan miraberis? » « Qualem, inquit, proprietatem Filii ad Patrem cognovimus, talem ad Filium habere Spiritum reperiemus, et quemadmodum Filius dicit: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*, ita et hæc omnia per Filium in Spiritu esse reperiemus. » Verum et illud quod divus Gregorius Nyssenus dicit, « Illud enim est proxime ex primo, hæc vero per id quod proxime ex primo » non consonat venerabilis Ephesii effatio illo: « Non alia quædam cum ipso cognoscitur. »

EPHES. (VII).

Si itaque proprium accurate cum eo, cujus est proprium, convertible sit necesse est, non ergo aliam habitudinem ad Filium habet Spiritus sanctus, nisi quod cum ipso cognoscitur, sicut ad Patrem, quod ex ipso subsistit. Non igitur ex Filio subsistit vel esse habet Spiritus sanctus. Nam quid prohibuit, quominus per Filium procedere diceretur Spiritus sanctus eo modo quo per Filium omnia dicuntur esse facta? Sed illud quidem dicitur præpositione *per* loco *ex* accepta, hoc vero nullo modo. Neque invenire quis ullibi poterit *per Filium* dici absque Patris mentione, sed *ex Patre per Filium* dicitur. Hoc autem causam non necessario tribuit Filio. Idcirco et dicitur *ex Filio* prorsus non invenitur et perspicue proscribitur.

APOLOGIA.

Si itaque proprium secundum veram doctrinam, ut et ipse honorandus iste vir exponit, cum eo cujus proprium est convertible sit necesse est;

(1) Kal omitt. Monac., habet Marcianus codex.

(2) Eadem apud Becc., Epigr. 4, l. c., p. 552. 553.

λειος μετὰ τὸν Υἱὸν καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι φάσκει, ὡς ἐν τοῖς παλαιωτάτοις τῶν βιβλίων εὐρήσεις. Καὶ δῆλον καὶ (1) ἐξ ἄλλων μὲν λόγων τοῦ μεγάλου Βασιλείου περὶ τάδεως θεολογούντος, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ ἑπτακαίδεκάτῳ κεφαλαίῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχῳ φάσκοντος: « Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ Λόγου σύνταξιν. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ συντάσσεται, ὁ δὲ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ δηλονότι (2). » Καὶ πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῖς: « Ἐν δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα δι' ἐνὸς Υἱοῦ τῷ Πατρὶ συναπτόμενον (3). » Δῆλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὐ μετὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μετὰ τὸν Υἱὸν γέγραπται, καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι. Εἰπὼν γὰρ μετὰ τὸν Υἱὸν, ἵνα μὴ τις ὑστεροχρονίαν νομίῃ, οὐδὲς ἐπιφέρει: καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι, τὴν ἀκραν ἔνωσιν (4) διὰ τοῦτου δηλῶν καὶ τὸ ἀχώριστον: οὐ γὰρ ἰδιότης τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν τοῦ μετ' αὐτοῦ γνωρίζεσθαι: εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος εἰπὼν ἄν. Ἀλλὰ τί φησιν οὗτος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ: « Ἰσως θαυμάσεις. Ὅταν γὰρ ἔγνωμεν ἰδιότητα τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα τοιαύτην ἔχειν τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν εὐρήσομεν, καὶ ὅσπερ ὁ Υἱὸς λέγει, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμὰ ἐστίν, οὕτω καὶ ταῦτα πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ εὐρήσομεν ὄντα ἐν τῷ Πνεύματι. » Ἀλλὰ καὶ ὁ λέγει ὁ θεὸς Γρηγόριος: ὁ Νύσσης (5), « Τὸ μὲν γὰρ προσειχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσειχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, οὐ συμφωνεῖ τῷ εἰρημένῳ παρὰ τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου, τῷ οὐκ ἄλλη τις ἰδιότης τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ μετ' αὐτοῦ γνωρίζεσθαι. »

proprietas est Spiritus sancti ad Filium, nisi quod

ΕΦΕΣΟΥ.

Εἰ τοίνυν τὸ ἴδιον ἀκριβῶς ἀντιστρέφειν ἀνάγκη πρὸς τὸ οὐ ἔστιν ἴδιον, οὐκ ἄρα σχεῖν ἑτέραν πρὸς τὸν Υἱὸν ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ τὸ μετ' αὐτοῦ γνωρίζεσθαι, καθάπερ πρὸς τὸν Πατέρα τὸ ἐξ αὐτοῦ ὄφρα ναίει. Οὐκ ἄρα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὄφρα στηκεν, οὐδὲ τὸ εἶναι ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπὶ τὴν ἐκώλυε δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡσπερ δι' Υἱοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι λέγεται; Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν λέγεται τῆς διὰ κείμενης ἀντὶ τῆς ἐκ, τοῦτο δὲ οὐδαμῶς. Οὐδ' ἂν εὖροι τις οὐδαμῶς κείμενον οὕτω χωρὶς τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ λέγεται: τοῦτο δὲ τὴν αἰτίαν οὐκ ἐξ ἀνάγκης τῷ Υἱῷ δίδωσι: διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐξ Υἱοῦ παντελῶς οὐκ εὐρηται καὶ καθαρῶς ἀπηγόρευται.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Εἰ τοίνυν τὸ ἴδιον κατὰ τὴν ἀληθείαν λόγον, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τίμιος ἐκτίθησιν, ἀναγκαῖον ἔστιν ἀντιστρέφειν πρὸς τὸ οὐ ἔστιν ἴδιον, ἔστι δὲ τὸ

(3) Apud Beccum l. c., p. 555, ut ex cap. 18.

(4) Sic recte Marc.; Monac. f. 129 b, ἔνωσιν.

(5) Marc., f. 219 a, Νυσσαίων.

Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, καθὼς παρὰ τῶν Ἀ τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων θεολογεῖται, ἀνάγκη καὶ ἀντιστρέφειν. Ἄλλὰ δεῖ πρώτων ἐκθεῖναι τὸ ποσαχῶς λέγεται τὸ ἴδιον μετὰ καὶ μικρᾶς διασαφήσεως, εἴτ' εὐθύς ἀψασθαι τοῦ προκειμένου. Τὸ ἴδιον ἢ μόνω μὲν ὑπάρχει τῷ εἶδει, οὐ παντὶ δὲ, ὡς τὸ γεωμετρεῖν ἀνθρώπων, ἢ παντὶ μὲν τῷ εἶδει ὑπάρχει, οὐ μόνω δὲ, ὡς τὸ εἰπεῖν παντὶ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις εἶδεσιν, ἢ ὅπερ παντὶ μὲν καὶ μόνω, οὐκ ἀεὶ δὲ, ὡς τὸ ἐν γῆρα παλαιῦσθαι, ἢ μόνω καὶ (1) παντὶ καὶ ἀεὶ, ὡς τὸ γελαστικὴν, κατὰ τὸ πεφυκέναι (2). τοῦτο δὲ πάλιν τετραχῶς· ἀπὸ τῆς διοργανώσεως, ὡς τὸ πλατυῶνυχον, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, ἢ ἐπὶ τὰ ἄνω τοῦ πυρὸς πρόδος, ἀπὸ τῆς δυνάμεως, ὡς κατὰ τὴν θερμαντικὴν δυνάμιν ὑπερβάλλει τὰ ἄλλα τὸ πῦρ, ἀπὸ τῆς ποιότητος, ὡς τὸ γελαστικὸν ἐν ἀνθρώπων. Ἄλλα ταῦτα μὲν εἰρηται εἰς (3) εἰδησιν τοῦ ποσαχῶς λέγεται τὸ ἴδιον. Ἔστι δὲ ἀληθῶς ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὡς οἱ διδύσκαλοι θεολογοῦσι. Φησὶ γάρ ὁ Κύριλλος· « Εἰ τις τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ Πνεύματος ὡς ἄλλετρία δυνάμει τῆ δὲ αὐτοῦ χρώμενον καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων καὶ τὸ πληροῦν τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα φησὶ, δι' οὗ καὶ ἐνήργησε τὰς θεοσημείας, ἀνάθεμα ἔστω (4). » Καὶ ἐν τῇ ἐπιλύσει τοῦ κεφαλαίου τούτου κατὰ τὴν τῶν Ἐφεσίων ἀξίωσιν φησὶ· « Ἰδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐκ τῶν ἐμπεφυκέντων αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον (5). » Καὶ ἡ ἅγια πρῶτη (6) σύνοδος διὰ Λεοντίου φησὶν· « Εὐρήται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον (7). » Καὶ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ τίθησιν (8). Ἀπεδείχθη οὖν μάλα περιφανῶς, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔστι (9), καὶ σχέσιν πρὸς τὸν Υἱὸν ἔχει, καὶ Πνεῦμα αὐτοῦ ἔστι, καθὼς καὶ ὁ ἐκ Δαμασκου θεὸς Ἰωάννης ἐν τῇ ἐβδόμῃ τῶν θεολογικῶν φησὶ· « Δεῖ καὶ τὸν Λόγον Πνεῦμα ἔχειν (10). » Διὸ καὶ πρὸς τὸν οὗ ἔστι Πνεῦμα ὡς εἰς πνέοντα ἢ προβολία ἀναφέρεται (11), καὶ πνέων ἔχει αὐτὸ ὁ Υἱός· ὡς καὶ Ἀθανάσιος· ὁ μέγας φάσκει· « Τοῦτο τὸ χρίσμα πνοῆς ἔστι τοῦ Υἱοῦ (12), καὶ ὁ θεὸς Ἐπιφάνιος· « Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ πνέει (13). » Οὐκ ἄρα τὸ μετ' αὐτοῦ γνωρίζεσθαι ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα τὸ λέγεσθαι ἴδιον, ὡς αὐτὸς βούλεται ὁ (14) αἰδέσιμος Ἐφέσιον,

(1) Καὶ ponit Marc., omitt. Monac.

(2) Πιφυκέναι Monac.

(3) Εἰς omitt. Monac.

(4) Anath. 9 jam supra ad cap. 5 productus.

(5) Cap. 5 pariter prolatus textus.

(6) Monac. α' (η' in marg).

(7) Isdem verbis noster Gregorius utitur ad imp. Trapez., n. 20 (Gr. orth., t. I, p. 464, 465), sicut et Becc. De un. Eccl., n. 16 (ib. p. 106).

(a) Acta hæc apocrypha esse nemini hodie dubium est. Citantur tamen a Nicephoro quoque Blemmida, orat. 1, n. 19 (Gr. orth., t. I, p. 25) tanquam a Leon-

est autem Spiritus sanctus proprius Filii, quemalmodum ab Ecclesie doctoribus traditur, necesse est et convertibilis sit. Verum oportet primum explanare, quotupliciter dicatur proprium cum parva quoque explicatione, deinde statim presentem materiam attingere. Proprium vel soli inest speciei, non vero omni, ut geometria homini, vel omni quidem speciei adest, non vero soli, velut bipedem esse homini, sed et aliis speciebus; vel quod omni et soli speciei inest, non vero semper, ut canescere in senectute, vel soli et omni et semper, veluti risibilem esse secundum naturam; hoc autem rursum quadrupliciter ab organisatione velut latis unguibus esse, ab operatione velut progressio ignis ad superna, a virtute, velut: secundum virtutem calefaciendi ignis cæteris rebus præstat, vel a qualitate, ut risibile in homine. Sed ista dicta sunt, ut sciatur, quomultiplici modo dicatur proprium. Est autem vere proprius Filii Spiritus sanctus, ut doctores docent ac prædicant. At namque Cyrillus: « Si quis unum Dominum Jesum Christum glorificatum esse dicit a Spiritu, quasi aliena usum ea virtute, quæ per ipsum est, et accepisse ab ipso facultatem operandi contra immundos spiritus et adimplendi divina signa, et non potius proprium ipsius Spiritum dicit, per quem et divina signa operatus est, anathema sit. » Et in resolutione et explanatione hujus capituli facta secundum Ephesiorum rogationem, dicit. Proprium habens Spiritum sanctum, qui ex ipso est et essentialiter ipsi inest. Atque sancta prima synodus per Leontium (a) « Invenitur, inquit, Spiritus sanctus procedere quidem ex Patre, proprius vero esse Filii et ex eo emanans. » Rursum Cyrillus in epistola ad Nestorium Spiritum qui ex ipso et ipsius proprius est ponit. Demonstratum ergo est valde perspicue, ex ipso Filio et proprio Filii esse Spiritum sanctum, eundem habitudinem ad Filium habere et ipsius Spiritum esse, sicut et divus Joannes Damascenus capitulum theologorum sequenti ait: « Oportet ut Verbum Spiritum habeat. » Idcirco et ad eum, cujus Spiritus est, ut ad spirantem vel productorem refertur, et spirans eundem habeat Filium; sicut et Athanasius magnus ait: « Unctio hæc spiramen Filii est; » ac divus Epiphanius: « Spiritus ex Patre et ex Filio spirat. » Non ergo quod cum ipso cognoscitur, ratio est cur Filii proprius dicatur Spiritus,

(8) Idem locus citatur a nostro loco superiori nota citato.

(9) Ἐστὶ δεest in Monac., habet Marcianus.

(10) Damasc. F. O. I. c. 7.

(11) Codd. ἀναφέρεται.

(12) Ep. ad Serap. epigr. 9 (Gr. orth. t. II, p. 608).

(13) In Ancorato epigr. 1 (ibid. p. 532).

(14) δὲ add. Monac., quod in Marc. recte deest.

tio Cæsareæ episcopo nomine Nicæni concilii conscripserat, eoque pariter titulo a Becco epigr. 1 (Gr. orth., t. II p. 525).

ut ipse venerandus Ephesi antistes vult, sed quod A refertur ad Filium ut ad spirantem, cum spiramen ipse sit secundum magnum Athanasium. Quod vero spectat ad illud (Marc): « Quid prohibuit quominus per Filium procedere, » et cætera, et hoc valde bene venerabilis iste adjunxit. Etenim novit et ipse, præpositionem *per* poni loco præpositionis *ex*; atque nos ad hoc etiam ex sanctis testimonia proferemus opportuna et idonea, quæ a doctoribus et a divina pagina præpositionem *per* vice præpositionis *ex* usurpâri probant. Nam sanctus Athanasius adversus dicentes, differre inter se *ex quo* et *per quod*, multa inducit ex evangelicis, apostolicis ac propheticis libris, testimonia, ostendens, idem esse *ex quo* et *per quod*. Basilius vero in compendiosa ad Amphitochium oratione hoc pacto rem explanat et ait: « Neque enim solum in theologia harum vocum usus variat, verum etiam ea quæ ab his significantur, sæpe numero invertuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti *Possedi hominem per Deum*, idem dicendo ad si diceretur *ex Deo*. » Atque ex quibus divus Athanasius, ex isdem sine discrimine testimonia protulit divinæ Scripturæ declarantia præpositionem *per* sumi pro *ex* magis necessario; consequenter vero etiam sacer Cyrillus, in epistola ad Nestorium, cuius initium *Nugantur, sicut comperio*, dicit necessarium esse confiteri Filium etiam secundum carnem natum esse *per mulierem*; et post pauca, *Factus est, inquit, secundum nos ex muliere*. Et sæpe in hac epistola alternantes et commutatas præpositiones quis reperiet, sanctumque hunc modo præpositione *per* modo *ex* inquam æquivalentibus usentem. Inclytus autem Maximus in dialogis cum Anomæo: « Puris omnia pura; apud nos secundum Scripturæ mentem *Per quem* idem est ac si diceret *Ex quo*; certe dicit Paulus; *Fidelis Deus, per quem vocati estis in ministerium*. » Ac divus Chrysostomus, homilia quinquagesima prima in Evangelium secundum Mattheum: « Sciet enim illud *per hoc* usurpare Scriptura vice dictionis *ex hoc*, ut cum dicit: *Possedi hominem per Deum* non secundam, sed primam causam exprimens. Et rursum: *Nomis per Deum horum manifestatio est?* et quæ sequuntur. Manifestum est itaque, præpositionem *per* idem valere ac præpositionem *ex*, ut et ipse hic venerabilis vir posuit et nos adhuc magis per sanctos ipsi concordavimus, cum multi sint et magni, qui perspicue tradunt præpositionem *per* causam significare et æquipollentem præpositioni *ex*. Neque quis regerere potest, *per* non significare causam, nisi et sanctum Joannem

ἀλλὰ τὸ ἀναφέρεισθαι εἰς αὐτὸν ὡς πνεύοντα πνοῆ δι αὐτοῦ κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. Τὸ δὲ εἰ ἐκώλυε δι' Υἱοῦ ἐκπορευέσθαι, καὶ τὰ ἐξῆς; καὶ τοῦτο μάλα καλῶς ὁ τίμιος οὗτος συνέταξε. Καὶ γὰρ οἶδε καὶ αὐτὸς, ὡς ἡ διὰ ἀντὶ τῆς ἐκ τίθεται, καὶ ἡμεῖς πρὸς τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἁγίων μαρτυρίας προθήσομεν ἀρμολίως ἐχούσα;. ὡς ἡ διὰ ἀντὶ τῆς ἐκ τίθεται παρὰ τῶν διδασκάλων καὶ τῆς θείας Γραφῆς. Ὁ γὰρ ἅγιος Ἀθανάσιος πρὸς τοὺς λέγοντας τὸ ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ διαφέρει πολλὰς ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν βιβλίων μαρτυρίας εἰσάγει, δεκνὺς ὡς ταυτὸν ἔστι τῷ ἐξ οὗ τὸ δι' οὗ καὶ Βασίλειος ἐν τῷ εἰς τὸν Ἀμφιλόχιον κεφαλαιώδει λόγῳ οὕτω διασαφεί καὶ φησιν· « Ἦδη δὲ καὶ πρὸς τὰ ὅπ' ἀλλήλων σημαίνοντα πολλάκις ἀντιμεθίσταται ἡ διὰ καὶ ἡ ἐκ, ὅταν ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνη, οἷον· ἐκτεσθῆναι ἀνθρώπων διὰ τοῦ Θεοῦ, ἴσον λέγων τῷ (1) ἐκ τοῦ Θεοῦ (2). » Καὶ ἐξ ὧν ὁ θεὸς Ἀθανάσιος ἀπαρλλάκτως μαρτυρίας προῦφερον ἐκ τῆς θείας Γραφῆς δηλοῦσας, ὡς ἡ διὰ ἀντὶ τῆς ἐκ ἐκλαμβάνεται, μᾶλλον ἀναγκαίως· ἀκολούθως δὲ καὶ Κύριλλος ὁ (3) ἱερός ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον, ἧς ἡ ἀρχὴ· Καταφλυαροῦσιν, ὡς μαρθάνω φησιν ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν, ὅτι καὶ γεννήθη κατὰ σάρκα διὰ γυναικός· καὶ μετ' ὀλίγα· γεννήθη κατὰ τὴν ἐκ γυναικός (4). Καὶ πολλάκις ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ ὑπαλλαιτομένους τὰς προθέσεις εὐρήσει τις, ὅτι μὲν τῇ διὰ, ὅτι δὲ τῇ ἐκ ὡς ἰσοδυναμοῦσαι· χρώμενον τὸν ἅγιον. Ὁ δὲ κλεινὸς Μάξιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀνόμοιον (5) διαλόγοις φησὶ· « Τοῖς καθάροις πάντα καθάρᾳ· παρ' ἡμῖν κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς Γραφῆς τὸ δι' οὗ ταυτὸν ἔστι τῷ ἐξ οὗ· ἀμέλαι λέγει Παῦλος· πιστός ὁ θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς διακονίαν (6). » Καὶ ὁ θεὸς Χρυσόστομος ἐν τῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον (εὐαγγελοῦ) να' ὁμιλίᾳ· « Οἶδε γὰρ τὸ δι' οὗ τὸ ὅφ' οὗ λέγειν ἡ Γραφή, ὡς ὅταν λέγῃ· ἐκτεσθῆναι ἀνθρώπων διὰ τοῦ Θεοῦ οὐ τὸ δεύτερον αἰτίον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον τιθέτω· καὶ πάλιν· Ὁὐχὶ διὰ (7) τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἔστι (8), καὶ τὰ ἐξῆς. Ἀἴτιον οὖν, ὡς ἡ διὰ πρόθεσις ταυτὸν δύναται τῇ ἐκ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τίμιος τάθεικε, καὶ ἡμεῖς δὲ μᾶλλον διὰ τῶν ἁγίων ἀετῶν συνεφωνήσαμεν, πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, οἳ καὶ περιφανῶς τὴν διὰ αἰτίαν σημαίνειν φασὶ καὶ ἰσοδυναμοῦσαν τῇ ἐκ. Καὶ οὐ δύναται τις ἀντειπεῖν (9), ὡς οὐκ αἰτίαν ἡ διὰ σημαίνει, εἰ μὴ καὶ τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον ἀμαθῆ ἐθέλομεν δεῖξειν ῥητῶς ταῦτο λέγοντα. Εἰ οὖν ἡ διὰ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἐκ, κλέγετο δὲ παρὰ τῶν διδασκάλων κεχωρισμένως τοῦ Πατρικοῦ ὀνόματος ἡ τῆς Πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκπορευόμενον τὸ

(1) Mon., f. 151 a, τῶν.

(2) Contextium accuratius dat Beccus, orat 1 de Un., n. 20 et epigr. 1. (Gr. orth., I, p. 114; II, p. 559).

(3) ὁ οὐκ ἐπιφέρει. Marc., f. 220 b.

(4) Postrema verba ex Marc. cod. dedimus. Textus Cyrilli enucleatus occurrit in Becci epigr. 1.

(5) Marc. ἀνόμιον.

(6) Eadem Maximi verba dat Greg. ad imp. Trapez., n. 5 (Gr. orth., I, p. 427).

(7) Cod. Mon. ἐκ, alias διὰ.

(8) Idem textus apud Gregor. ad imp. Trapezunt., I, c.

(9) Codd. 2; ἀντιπεῖν.

ἀγρον Πνεῦμα (1) δι' Υἱοῦ, ὡς αὐτὸς λέγει, οἱ κατὰ τὴν Ἄειτον καὶ Ἐνώμιον πολλῆν ἂν πάροδον εἶχον ἐπεὶ καὶ τούτο ἦν τὸ βουλόμενον αὐτοῖς δεῖξαι, ὡς ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἀγρον, καὶ Υἱὸν τοῦ Υἱοῦ ἄγον, ὡς Ἀθανάσιος; μαρτυρεῖ, καὶ πάλιν τὸν Πατέρα καὶ ἄγονον τὸ Πνεῦμα (2) ὡσπερ καὶ ὁ μέγας Βασιλεὺς ἀπολογούμενος καθὰ καὶ Ἀθανάσιος: «Θεὸς διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριάς μὴ νέμωσθῃ πλήθος ἀπειρον, οὐσίας ἐξ οὐτιῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις, εἶχον ὁμοιωθεῖσα (3), ἔφησαν. Εἰ οὖν ἀπλῶς καὶ ἀπολυκρινῶς χρωρὶ; τοῦ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπαρεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἀγρον παρὰ τῶν διδασκάλων ἐλέγετο, ἐκ μόνου ἂν τοῦ Υἱοῦ ἐπιστατέτο παρὰ τῶν κακοδόξων καὶ ὁμοφρόνων Ἐνωμιῶν τῶ λέγοντι ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ καὶ τὴν αἰτίαν τῶ μωσιγενεῖ μόνῳ τιθεῖν. Διὸ καὶ δεῖ συνημμένως ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ὡς Ἄγροι κηρύττουσι τε καὶ λέγουσι, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ὁδοιωδῶς. Εἰ οὖν οὕτω κηρύττοντες καὶ τὴν διὰ οὕτως ἐπιστάμενοι λέγουσιν ὡσπερ τὴν ἐκ, πῶς κεχωρισμένως ἐτίθεσαν, ὡς αὐτὸς βούλεται ὁ αἰδέσιμος ἀνὴρ, καὶ πλέον τῶν σοφιστῶν ἢ ἀσφῶν ἀξίων τοῖς θεολόγοις ποιεῖν; Ἀλλὰ τίς ἂν τοῦτο φαίη εὐσεβῆς ἀνὴρ ἐπὶ τῶν ματαρίων καὶ ἀγίων ἐκείνων ἀνθρώπων, οἵτινες πολλοὶς νόμοις καὶ ἔρωσι τὰ θεῖα διατρέψωσαν καὶ διευκρίνησαν (4) ὡς ἱεροκλήρικες; ut ipse hic venerandus vir confesidit, qui et majora quam sophistas vel insipientes attentare theologos stantit? Veram quis unquam hoc diceret religiosus homo de beatis illis sanctisque viris, qui laboribus multis atque sudoribus divina dogmata exposuerunt et diducarunt ceu sacri praecones.

ΕΠΕΡΩΤ.

Τίς δὲ τῶν Ἀνατιῶν Πατέρων καὶ (5) διδασκάλων φωνάζει, αἱ τὴν αἰτίαν τοῦ Πνεύματος τῶ Υἱοῦ διδόντες, οὐτε γυναικῶν (καὶ γὰρ οὐδὲ (6) μετεβλήθησάν σου πρὸς τὴν ἡμετέραν γλῶσσαν οὐδ' ὑπὲρ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἰδοικόμεθησαν) οὔτε παραδέχονται, ταγματίζονται, ἢ διεκδικεῖσθαι εἰσὶ καὶ περιγράφονται.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Εἰ οὖν οὐκ ἰδοικόμεθησαν αἱ τῶν Ἀνατιῶν (7) ἀγίων Πατέρων φωναὶ, οὐκ εἶδει αὐτοὺς ἄγλους ἀποκαλεῖν οὐ τὰς προκομιζόμενας αὐτῶν μαρτυρίας ἐπὶ βεβαιώσει τῶν ὁρθῶν δογμάτων προσδέχεσθαι παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλ' ἀποστρέφεσθαι ταύτας καὶ ἀποστραχίζειν, διὰ τὸ ἀδοικόμεσθαι εἶναι, ὡς αὐτὸς νομοθετῶν φάσκει. Τοῦτο δὲ οὐδ' ἐν μίᾳ τῶν συνόδων γέγονε. Προσκομισθησαν γὰρ

(1) Marc. τὸ Πν. τὸ ἀγρον.

(2) Athanas. ad Serap., apud Bescum epigr. 13. (Gr. orth., II, p. 639).

(3) Basil. apud B. cc. de proc. Sp. sancti c. 1, n. 11, epigr. 1 (ib. I, 243, II, 533).

(4) Neutrūm Marci assertum verum prorsus est. Saeculo xv, praeter Gregorii M. scripta jam pridem in Graecam linguam translata, Graece quoque existabant Augustini libri De Trinitate, Anselmi De process. Spirit. sancti opusculum, aliaque opera Demetrii Cytonii versa. Sunt quidem haec

Chrysostomum imperitum declarare velimus, qui ita diserte dicit. Si igitur praepositio per aequae valet ac ex, a deo verbis vero seorsim a nomine Patris vel a paterna hypostasi Spiritus sanctus per Filium procedens diceretur, ut ipse dicit, Aetli et Eunomii assuetis facilem transitum haberent; quomodoquidem et hoc ipsis propositum erat, ut ostenderent, ex solo Filio Spiritum sanctum esse, eundemque Filii Filium dicebant, ut Athanasius testatur, et Patrem avum atque Spiritum nepotem; quemadmodum et magnus Basilius defensionem instituit, sicut et Athanasius, dixit: «Non quia non est ex Deo per Filium, sed ne Trinitas infirma putetur multitudo, illis ex illis, ut in hominibus accidit, habere in suspicionem ventens.»

Si itaque simpliciter et absolute absque illis verbis ex Patre per Filium Spiritus sanctus procedere apud doctores diceretur, ex solo esse crederetur Filio apud multos sentientes eademque statuentes cum Eunomio, qui dictionem Ex solo Filio usurpabat et (Spiritus sancti) causam soli unigenito tribuebat. Propterea etiam semper conjunctum ex Patre Filioque et ex Patre per Filium sancti praedicant ac docent atque ex utroque essentialiter. Si itaque ita praedicantes atque praepositionem per tali pacto intelligentes dicunt, sicut praepositionem ex: quomodo seorsim et separatim per posuerunt,

EPHES. (VIII).

Dicta vero Occidentalium Patrum atque doctorum, quae causam Spiritus sancti Filio tribuunt, neque cognosco (neque enim translata unquam sunt in nostram linguam, neque ab oecumenicis synodis probata fuerunt (a), neque recepto, conficiens, ea corrupta esse atque supposita.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Si igitur non probatae sunt Occidentalium sanctorum Patrum voces, non oportebat eos sanctos appellare, neque testimonia ex his prolata ad recta dogmata consultantia recipi ab oecumenicis synodis, verum ea rejicere ac procul amandare; propterea quod probata haud fuerunt, quemadmodum iste novus legislator decernit. Hoc autem in nulla synodorum factum est. Producta enim in iis sunt

(1) Mon., f. 151 b; διεκρίθησαν.

(2) Mon., 256 f. 124 b; ομντ. κατ. κατ.

(3) Mon. 256, ού.

(4) Mon., f. 151 b; Marc., f. 271 a, hoc tantum loco sic habent.

ex plurimis perpaucis, attamen id non omnino est negligendum. Oecumenica vero concilia Latinorum Patrum auctoritatem agnovisse certum est, inter quae quintum Hilarium, Ambrosium, Augustinum et Leonem eodem quo Graecos Patres ordine recensuit.

testimonia Ambrosii, Hilarii, Leonis et Augustini, A et nemo in tantam audaciam prorupit, ut ejusmodi quid eructaret. Quid vero videtur ipsi sancti Maximi epistola dicens, Occidentales Patres dicere etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum, quam ipse paulo ante protulit (a), ut declararet eos se non Filium causam facientes ostendisse. Quid vero? Nonne amplectitur Photium patriarcham qui id confitetur? Causam vero Latinos negare dicit divus Maximus; potius divus Basilius jam antea hanc negat, ut in superioribus demonstratum est. Namque quæcumque Filius habet, hæc non ex se ipso habet, neque esse, sed ex Patre tum esse tum omnia possidere habet, ut ipse, qui est ipsa veritas, ait: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt.* Propterea dixi, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis. Quod explanans divus Chrysostomus dicit: « De mea scientia accipiet, de iis quæ ego scio. » Patet igitur, ex Filio accipere Spiritum sanctum. Non est ergo alia res Filii scientia et alius Filius, ut divus Cyrillus in Thesauris tradit: Simplex et compositionis expertus Deus apud omnes glorificabitur. » Proinde absurdum est de ipso dicere, cum talem habere scientiam, qualem habemus nos. Si enim ipse quidem aliud quidquam est, alia vero præter ipsum scientia, quæ in eo est, compositus erit et non simplex. Quoniam vero simplex est ex confesso, non aliud quidquam præter ipsum existit scientia, quæ est in ipso. Nos vero non ita. Sumus enim aliquid secundum essentiam, in essentia vero positam habemus scientiam (b). Et divus Athanasius, oratione tertia contra Arianos: « Nam et ipse, inquit, uti dictum est, Spiritum dat et quæcumque habet Spiritus, ea a Verbo habet. » Non aliter ergo habet hæc ex Filio et aliter ex Patre; uti enim sæpius dictum est, omnia ex Patre habet, quod patet ex iis quæ pluries dicta sunt. Patet quoque ex divi Basilius verbis in epistola ad Amphiloichium, ita dicentes: « Sextum illum apud Matthæum, Pater solus novit diem finis, et apud Marcum, quoniam videtur perspicue etiam Filium dividere ab hac scientia, ita intelligimus: Nemo novit, neque angeli Dei, sed neque Filius cognovisset, nisi nosset Pater, hoc est: causa quod Filius scit, a Patre est, et minime violenta et contorta est hæc expositio ei, qui recta et aqua mente audit. Et post ali-

'Αμβροσίου καὶ Ἡλαρίου καὶ Λέοντος καὶ Ἀύγουστίνου, καὶ οὐδαὶ εἰς τοῦτο τολμήσας ἦλθεν, ὡς τοιούτων τι ἐρεῖξασθαι. Τί δὲ δοκᾷ αὐτῷ ἢ τοῦ ἁγίου Μάξιμου ἐπιστολῇ λέγουσα, τῶς Ἀπτοκούς Πατέρας λέγειν καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢν μικρὸν πρόσθεν προῦθρκεν ἐν ἐμφανίῃ, ὡς οὐκ αἰτίαν τὸν Υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν; Τί δ' οὐ στέργει Φώτιον τὸν πατριάρχην τοῦτο ὁμολογῶντα; Τὴν δ' αἰτίαν ὁ θεὸς Μάξιμος ἀρνεῖσθαι φησι τοῦς Λατίνους· μᾶλλον ὁ θεὸς Βασίλειος πρότερον ταύτην ἀρνεῖσθαι, ὡς προσηποδῶνται. Καὶ γὰρ ὅσα ὁ Υἱὸς ἔχει, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ταῦτ' ἔχει, οὐδὲ τὸ εἶναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ πάντα ἔχειν, ὡς αὐτῆς αὐτοαλήθεια ὡν ἐφη, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμὰ ὅστι· διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ὑπερ ὁ θεὸς Χρυσόστομος; (1) ἐξηγουόμενος ἐφη: Ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως, ἐξ ὧν ἐγὼ αὐτὸς οἶδα. » Δῆλον οὖν, ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐκ ἐστὶ τοῖνον ἢ γνώσεις τοῦ Υἱοῦ ἄλλη καὶ ἄλλος ὁ Υἱὸς, ὡς ὁ θεὸς Κύριλλος ἐν τοῖς Θησαυροῖς φησιν: Ἐκ τῆς ἀπλοῦς καὶ ἀσύνθετος ὡν ὁ θεὸς πρὸς (2) ἀπάντων ὁμολογηθήσεται. » Οὐκοῦν ἀποπον τὸ λέγειν περὶ αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν αὐτὸν τὴν γνώσιν, ὅποσαν ἂν καὶ ἡμεῖς. Εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἑτερόν τι ἐστίν, ἑτέρα δὲ τις παρ' αὐτὸν ἢ ἐν αὐτῷ γνώσις, σύνθετός ἐστι καὶ οὐκ ἀπλοῦς· ἐπεὶ δὲ ἀπλοῦς ὁμολογούμενος οὐκ ἑτερόν τι παρ' αὐτὸν ἢ ἐν αὐτῷ γνώσις. Ἡμεῖς δὲ οὐκ οὕτω, ἐγμὲν γὰρ τι κατ' οὐσίαν, ἐν δὲ τῇ οὐσίᾳ κειμένην ἔχομεν τὴν γνώσιν. Καὶ ὁ θεὸς Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τρίτῳ φησιν: Καὶ αὐτὸς γὰρ, ὡς περ εἴρηται, τὸ Πνεῦμα δίδωσι, καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχει (3). » Οὐκ ἄλλως οὖν ἔχει ταῦτα ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἄλλως ἐκ τοῦ Πατρὸς· ὡς γὰρ πολλάκις εἴρηται, πάντα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει καὶ δῆλον ἐκ τῶν πολλάκις εἰρημένων, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ Βασιλείου ἐν τῇ πρὸς Ἀμφιλόχιον οὕτω φάσκοντος: Τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενον· Ὁ Πατὴρ μόνος οἶδε τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους (4)· τοῦ δὲ Μάρκου... (5), ἐπειδὴ φανερώς δοκᾷ καὶ τὸν Υἱὸν ἀπομαρτίζειν τῆς γνώσεως, ὅτω νοοῦμεν, ἐτι οὐδαὶς οἶδαν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁ Υἱὸς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, τοῦτέστιν ἢ αἰτία τοῦ εἰδέναι τὸν Υἱὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἀβίατός ἐστι τῷ εὐγνωμόνως ἀκούοντι ἢ ἐξηγηταί; αὐτῇ (6). » Καὶ μετὰ τινα: Οὐδαὶς οἶδαν, οὐδὲ οἱ

(1) Chrys. hom. 78 in Joan.

(2) Πρὸς, habet Mon., deest in Marc.

(3) Ibidem Athanasii verbis (ad. orat. 4) utitur Gregorius noster ad Imp. Trapez., c. 4, et Niceph. Blennida, orat. 2, c. 6 (Gr. orth., t. I, 424, 44, 45).

(a) Vide supra cap. 4.

(b) Recte Natalis Alexander, Hist. eccl., sæc. ix et x, dissert. 18, prop. 1; « Spiritus sanctus accipit a Filio non aliquid creatum, ut nos accipimus, sed divinum esse, cum nihil aliud possit accipere a Filio in Trinitate SS.; nam omne quod accepit et accipit et accipiet, in æternaliter habet. Et quod Filius a Patre audit, idem est quod scien-

(4) Matth., xxiv, 36.

(5) Deest aliquid, fortasse Marc. xiii, 32.

(6) Breviter Basilius textum adumbrat Beccus de process. Spirit. sanct. cap. 12 n. 18 (Gr. orth. t. I, p. 355.)

tia; scientia vero in divinis idem est quod esse: et audire a Patre, juxta expositionem Græcorum ac Latinorum Patrum, est accipere essentiam et scientiam a Patre: atque ita Spiritus audiens accipit a Filio, et auditio scientia est, et esse et divina essentia, quæ omnia Spiritus a Filio accipit. » Uberius idem argumentum illustrat Petavius, de Trinitate, l. vii, c. 5, n. 1 seq.

ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁ Υἱὸς ἔγνω, εἰ μὴ ἂν
ὁ Πατήρ. Ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς ὑπέβη δεδομένη ἡ
γνώσις· τοῦτο δὲ εὐφημέσασον καὶ θεοπραπὲς ἴσκι
περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγειν ὅτι, οὐκ ἔστιν ὁμοφύσιον,
ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ γινώσκω ἔχει. » Καὶ ὁ Νύσσης ἐν
τῷ πρὸς Ἀδιάβιον· « Καὶ πάλιν ἀκούσαντες ὅτι Ὁ
Πατήρ κρίνεται οὐδέποτε (1), ἡγαθήματα μάχεσθαι πρὸς
ἑσπέρην τὴν Γραφήν. Ὁ γὰρ κρίων πᾶσαν τὴν γῆν
διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὃ πᾶσαν δίδωκε τὴν κρίσιν, τοῦτο
ποιεῖ, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τοῦ Μονογενοῦς γινώμενον
εἰς τὸν Πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. »

ΕΦΕΣΟΥ.

Διὰ τε πολλῶν ἄλλων καὶ διὰ τοῦ χόδς καὶ πρώην
προσνεχθέντος παρ' αὐτῶν βιβλίου τῆς οἰκουμηνικῆς
ἐκδόμης συνόδου τὸν ὄρον ἔχοντος μετὰ καὶ τῆς ἐν
τῷ συμβόλιῳ προσθήκης· ὅπερ ἀναγνωσθὲν ὀπίσθην
αὐτοῖς ἀισχύνην κατέχευε, ἴσασιν οἱ τότε παρόντες.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Εἰ γοῦν αὐτὸς τοῦτο οὐ πέπονθεν, ἴδει αὐτοῖς
ἐγκαλεῖν· εἰ δὲ τὸ ἐν Νίκαιᾳ τῆς ἁγίας πρώτης
συνόδου σύμβολον οἰκείαις χερσὶν ἐν βιβλίῳ γράψας
ἄλλως καὶ ἄλλως ἔγραψε καὶ προσθήκην καὶ ὑφαί-
ρασιν (2) ἔχει, πῶς ἐγκαλεῖ περὶ τούτου, καὶ ταῦτα
τῶν Λατίνων ὁμολογούντων ἐς αἰ τὴν ἀνάπτυξιν ἐν
τῷ συμβόλιῳ πεποιθῆναι; Εἰ οὖν οὐχ ὠμολόγουν
τὴν ἀνάπτυξιν πεποιθῆναι ἐν τῷ συμβόλιῳ, καλῶς
ἂν ὡς ψευδομένοις καὶ τὰ θεῖα καπηλεύουσιν ἢ πα-
ραχαράττουσιν ἔχρην ἐγκαλεῖν· εἰ δ' ἔκεινοι αἰ τὴν
προσθήκην ἔλεγον πεποιθῆναι καὶ τὴν φωνὴν ἐκ
τῶν ἁγίων ἔχειν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ τίμιος ἐξ ἁπαντὸς
ἠμολόγησεν, ὅτι ἡ φωνὴ ἡ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τῶν
ἁγίων ἐστὶ, κατὰ τὰ ὠμολογημένα (3) παρὰ τὴν
φωκίου πατριάρχου καὶ τοῦ ἐν ἁγίους Μαξιμου, ἐπὶ
καινὸν ἡγείται, εἰ κατὰ λήθην τοῦ γραφῆως ἐγένετο
διὰ τὴν συνήθειαν; καὶ ταῦτα αὐτοῦ τοῦτο παθόντος
ἐν τῷ κατὰ Νίκαιαν συμβόλιῳ, ὅπου καὶ Κύριλλος
ὁ θεσπέσιος εἶρηκεν· « Οὐκ ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς ἢ
ἑτέροις λέξιν ἀμείψαι, ἢ γοῦν μίαν παραβῆναι συλ-
λαβὴν· » οὗτος δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ παρέλειψε, ὡς
οἴμαι, κατὰ λήθην· πῶς γὰρ ἂν ἄλλως; Ὅτι δὲ ἐν
τῷ κατὰ Νίκαιαν συμβόλιῳ ὁ ἅγιος λέγει· « Οὐκ
ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς ἢ ἑτέροις, ἢ φανερόν ἐστιν ἐκ
τῶν τῆς ἁγίας τρίτης καὶ οἰκουμηνικῆς συνόδου
πρακτικῶν· καὶ γὰρ ἐν πολλαῖς συνελεύσεσι τὸ τῆς

(1) Joan. v. 22.

(2) Mon. f. 132 b, πρ. ὑφαίρουσιν.

(a) De his Scripturæ locis varie disputant Patres
tum Latini tum Græci. Ex Latinis consule Hilarium
De Trinit. l. 12, sn., Ambrosium De fide, l. v, c.
8, 16; Augustinum, lib. LXXXIII quæst., 9, 60, De
Genesi contra Manicheos, c. 22; Gregorium M. l. 1.
x, epist. 40; ex Græcis Gregorium Nazianzenum,
orat. 36, p. 558, ed. Bill., et Joan. Damasc. de
fide orthodox., l. III, c. 21. Vide insuper Petavium, De
Trinitate, l. II, c. 3.

(b) Alludit ad sessionem Ferrariæ habitam die
16 Oct. a. 1458, de qua Syropulus in Historia
Patriol. Gr. CLX.

A qua : « Nemo novit, neque angelus Dei : sed neque Fi-
lius cognovisset, nisi novisset Pater. Ex Patre enim
data erat scientia. Hoc vero maxime plura ac Deo
conveniens est de Filio dicere quod ejus est con-
substantialis, ex ipso etiam cognitionem habet (a). »
Ac Nyssenus libello ad Ablabium : « Et rursum,
inquit, audientes, Pater neminem judicat, puta-
mus pugnare cum seipso. Scripturam. Nam qui ju-
dicat universam terram per Filium, cui omnis ju-
diciū dedit, hoc facit, et omne quod ab Unigenito
fit, id ad Patrem relationem habet. »

EPHES. (CAP. IX),

(Id conjicio) tum per multa alia tum per nuper
ab illis prolatum volumen septimæ œcumenicæ
synodi, definitionem continens una cum additamento
in symbolo; quod cum prælegeretur, quanta eos
ignominia asperserit, norunt qui tum præsentés
erant (b).

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Si quidem ipse hoc non esset passus, potuisset
id Latinis exprobrare; si vero sanctæ primæ sy-
nodi Nicææ congregatæ symbolum propriis manibus
ipse in libro describens aliter et aliter scripsit,
et additionem et detractionem habet, quomodo hæc
de re Latinos vituperat, præsertim cum ii consi-
teantur, se explicationem semper in symbolo fecisse?
Si itaque non faterentur Latini, se explicationem
fecisse in symbolo, recte oportebat eos accusare ut
mentientes atque res divinas falsificantes ac cor-
rumperentes; si vero illi dicebant semper se addi-
tionem adjunctisæ eamque dictionem ex sanctis
habere, ut et ipse honorabilis iste vir omnino con-
stebatur, eam dictionem etiam ex Filio sanctorum
esse, secundum confessionem tum Photii patriarchæ
tum sancti Maximi, quid novum arbitrat, si
secundum scriptoris oblivionem factum est, ut
fieri assolet? præsertim cum ipse hoc passus fue-
rit in Nicæno symbolo, ubi divus Cyrillus dixit :
« Non permittimus nobis vel aliis dictionem mutare
vel etiam unam syllabam præterire. » Iste vero per-
mutavit et prætermisit, ut equidem puto, ex obli-
vione; quomodo enim aliter id fecisset? Quod vero
circa Nicænum symbolum sanctus dicit : « Non per-
mittimus nobis vel aliis », etc., liquidum est ex
Actis sanctæ et œcumenicæ tertie synodi. Namque

(3) Mon. f. 133 a, ὁμολογημένα.

unionis ed. Creyghon. a. 1660, p. 171. Ex œdifice
enim perantiquo septimæ synodi Latini ostendere
moliebantur, jam tum symbolo vocem *Filiusque*
additam fuisse. Quod sane verum non erat et a
Gemistio Plethone explodebatur. Verum Tarasii
epistolam ad Orientales in eadem synodo lectam
dictionem *per Filium* exhibuisse, certum est; et inde
argumentum desumi poterat, quo revera cum
Nicephoro Blemmida, Becco, Mauuele Caleca quam
plurimi scriptores usi sunt.

In multis congressibus Nicænum symbolum, idque A solum legerunt, nulla prorsus Constantinopolitani mentione facta, ut procedente oratione loco convenienti manifestum reddemus.

EPHES. (CAP. X).

Verum neque contraria œcumenicis synodis et communibus earundem dogmatibus, sed neque prorsus non consentientia orientalibus doctoribus scripserunt Patres illi, neque his non cohærentia, sicut per alia multa illorum dicta demonstratur.

APOLOGIA.

Mirabile quid et peregrinum loquitur venerandus Ephesiorum antistes. Ubinam enim prorsus perspicuum reddere potest, œcumenicas synodos ex solo Patre Spiritum sanctum procedere prædicasse, ex quo per contrarietatem et contradictionem sequitur et necessario concluditur, ex Filio eum non procedere? Existimo enim eum, quamvis multum laboret et sexcenties œcumenicarum synodorum exemplaria pervolvat, nullibi prorsus reperturum dictum, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum; item id neque in reliquis doctoribus atque theologis reperiet. Quod si Photius patriarcha dixit, sed animadvertito, Photium non esse in sanctorum numero collocatum, licet una simul et eodem tempore vixerint Photius et Ignatius. Sed hic quidem inter sanctos adnumeratur et die vicesimo tertio Octobris in synaxiariis locum habet. Photius vero nullo modo sanctitatis nomen consecutus est, licet operæ pretium fuerit, illius gesta silentio præterire, eo quod in ambone anathemati subijcitur, quæ adversus sanctum Ignatium Photiumque scripta sunt (a). Si vero quis Thessalonicensem objiciat voce ex solo (Patre) utentem, at vero hic quoque in propria confessione, quam Ecclesiæ Christi dedit ostendens, qualem habeat sententiam circa sacrosancta dogmata, istud non adjuvit. Ergo contraria et minime ait.

EPHES. (CAP. XI).

Propterea ejusmodi periculosas voces de sancti Spiritus processione rejicio.

APOLOGIA.

Quales voces rejicit vir iste honorabilis? An eas, quæ Spiritum dicunt *proprium ipsius*, Filii nimirum, et *ex ipso*? At antea demonstratum est, sanctam tertiam synodum una cum divo Cyrillo potius dicere. An eas quæ dicunt *ex Patre per Filium*? At et istas sancta œcumenica septima synodus cum Athanasio et Basilio aliisque sanctis, qui ante ipsam florere, deprædicat, et postmodum divus Damascenus. An eas quæ dicunt *ex Patre et ex Filio*? At admodum clare per sanctissimi

(1) Mon. f. 133 a, ποιήσωμεν.

(2) Μη δεest in Monac.; sensus tamen id poscit.

(3) Ο' addit Allatius, qui a verbis: Εἰ δ' ὁ Φώτιος

(a) Hæc pericope ex Allatii versione data.

ἐν Νικαίᾳ, καὶ μόνον ἀνέγνωσαν, μὴ δ' ὄλωσ μνεῖαν τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ποιούμενοι, ὡς προλόγοντος τοῦ λόγου ἐν τῷ προσήκοντι τόκῳ φανερὸν ποιήσωμεν (1).

ΕΦΕΣΟΥ.

'Ἄλλ' οὐδ' ἐναντία ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις καὶ τοῖς κοινοῖς αὐτῶν δόγμασιν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὄλωσ ἀσύμφωνα τοῖς ἀνατολικοῖς διδασκάλοις ἔγραψαν οἱ Πατέρες ἐκεῖνοι, οὐδὲ αὐτοῖς ἀνακλόουθα, καθάπερ δι' ἄλλων πολλῶν ἐκεῖνων ῥητῶν ἀποδείκνυται.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Θαυμάσιόν τι καὶ παράδοξον ὁ αἰδέσιμος Ἐφέσου λέγει. Πού γάρ ὄλωσ ἐμφανίσει ἔχει, ὡς αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκήρυξαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ὥπερ ἔπειτα ἐναντίως καὶ ἀντιφατικῶς τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ μὴ (2) ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἔστιν ἀναγκαίως ἀκλόουθον; Οἴμαι γάρ, ὡς πολλὰ μογήσας καὶ ἀμυρίακι τὰς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ὑποτυπώσεις διελεθῶν, οὐδαμῆ οὐδαμῶς εἰρήσει τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ὡσαύτως καὶ τῶν λοιπῶν διδασκάλων καὶ θεολόγων. Εἰ δ' ὁ Φώτιος πατριάρχης εἶπεν, ἀλλ' ὄρα, ὅτι ἐν ἁγίοις οὐ συνέτακται· καίτοι γε ἐν τῷ αὐτῷ τε καὶ ἐν καιρῷ Φώτιος καὶ (3) Ἰγνάτιος· ἀλλ' ὁ μὲν σὺν ἁγίοις τέτακται καὶ ἐν τῇ εἰκοστῇ τρίτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου ἐν τοῖς συναξαρίοις μετὰ τῶν ἁγίων συντάττεται· ὁ δὲ Φώτιος οὐδαμῶς τοῖς ἁγίοις συνηριθμηται, εἰ καὶ δίκαιον τὰ κατ' αὐτὸν παραδραμεῖν διὰ τὸ ἐπ' ἄμβωνος τὰ κατὰ τοῦ ἐν ἀγίοις Ἰγνατίου καὶ αὐτοῦ τοῦ Φωτίου ἀναθεματίζεσθαι (4). Εἰ δὲ τὸν Θεσσαλονίκης εἶποι τις τὸ ἐκ μόνου λέγοντα, ἀλλὰ καὶ οὗτος ἐν τῇ οἰκείᾳ ὁμολογίᾳ, ἣν δέδωκε τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ δεικνύς, ὅποιαν ἔχει τὴν δόξαν περὶ τὰ ἱερὰ καὶ θεῖα δόγματα, οὐ συνέταξε τοῦτο. Οὐκοῦν ἐναντία καὶ ἀνακλόουθα οὐ λέγουσιν, ὡς αὐτὸς ὁ τίμιος λέγει.

cohærentia non dicunt, ut ipse hic venerandus vir

ΕΦΕΣΟΥ.

Διὰ τοῦτο τὰς τοιαύτας ἐπικινδύνους φωνὰς περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἀθετῶ.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Ποίας φωνὰς ἀθετεῖ ὁ τίμιος οὗτος; τὰς λεγούσας *ἴδιον αὐτοῦ*, τοῦ Υἱοῦ δηλονότι, καὶ *ἐξ αὐτοῦ*; Ἄλλὰ τοῦτο προαποδίδεται ὡς ἡ ἁγία τρίτη σύνοδος μετὰ καὶ τοῦ θεσπεσίου Κυρίλλου μᾶλλον λέγει. Ἄλλὰ τὰς *ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ*; Ἄλλὰ καὶ ταύτας ἡ ἁγία οἰκουμενικὴ ἐβδόμη σύνοδος μετὰ Ἀθανασίου καὶ Βασιλείου καὶ ἄλλων ἁγίων τῶν πρὸ ταύτης θεολογεῖ καὶ ἐς ὑστερον ὁ θεῖος Δαμασκηνός. Ἄλλὰ τὰς *ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ*; Καὶ μάλα τρανῶς διὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ θείου Μαρτύριου

ista adducit contra Creyghton. p. 309.

(4) Illicusque Allatii allegatio, l. c.

ἀποδίδεσθαι, ὡς οἱ τῆς ἐσπέρας ἄγιοι τοῦτο λέγουσιν. Ἀλλὰ τὰς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ καὶ τὰς ἐξ ἀμφῶν οὐσιωδῶς, καὶ ὡς προχθῆται καὶ ἀρδίσιν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ἀλλ' αὐτὰ Κυριλλοῦ καὶ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας φωνάζουσιν· ἀλλὰ καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἀκούομεν λέγοντα τὸν Υἱὸν μείζονα τοῦ Πνεύματος καὶ ἴσον, καὶ πιστεύομεν τοῦτο καὶ ὁμολογοῦμεν. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ κατὰ Ἀρειανῶν τρίτῃ, οὐ ἡ ἀρχὴ ἢ αἱ μὲν αἱρέσεις, ὅσαι κατὰ τῆς ἀληθείας; — «Τοιαῦτα μὲν οὖν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν ὁ Κύριος; τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ τὴν μεγαλειότητα θεϊκῆς αὐτοῦ, οὐκ ἔτι ἐλάττονα αὐτῶν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγεν ὁ Ἐγὼ αὐτὸ ἀποσταλῶ· καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, καὶ ὅσα ἀκούσαι λαλήσει (1). » Τὸ οὖν μείζον ὁ μέγας Βασιλειος εἰ; τὰ ἀνευλεγόμενα τῆς Γραφῆς οὕτως ἐξηγεῖται· «Ἡ μεγαλὴ ἢ χρόνῳ ἢ ἀξιώματι ἢ ὡς αἰτιον μείζον λέγεται (2). » καὶ Γρηγόριος δὲ ὁ Νύκσης ἐν τῇ πρὸς Εὐνόμιον τρίτῃ, οὐ ἡ ἀρχὴ ἢ οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, τὸ πάντα ἐθέλειν εὐεργετῆν; φησὶν· «Εἰ μὲν τινα χρονικῆς ἔμφρασην ὑπερίθει; (3) τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως; ὁ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προθεωρῶν, εἰκότως ἀν ὁ τῆς ἀδιότητος ἡμῖν περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος ἐκινδυνεύετο. » Καὶ μετὰ τινα· «Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐκ ὑπερέχει κατὰ τὴν ὑπαρξίν, οὐκ ἔτι καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται; τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοεῖ μόνῳ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. » Ταῦτα ἡμεῖς πιστεύομεν τε καὶ κηρύττομεν· καὶ εἰ βούλεται ἀθετεῖν, ἀθετεῖτω· ἐγὼ γὰρ, οἶμαι, οὐδ' ἡμᾶς; εἴποι ἂν ἄλλως ὁμολογοῦντας; οὐδ' αὐτὸς ταύτας ὀρθήσεται τὰς φωνάς, εἰ τοῖς θεοῖς ἐθέλει συμφωνεῖν Πατέσιν· ἡμεῖς γὰρ καὶ τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων θεολογίας; ἐρμένομεν καὶ ἀλοχερῶς ταύτας κατέχομεν, καὶ τοῖς ἱεροῖς αὐτῶν δόγματιν ἐξακολουθοῦμεν μηδὲν ἀθέλοντες ἄλλως πιστεύειν, ἢ ὡς οἱ Πατέρες ἐδίδαξαν, οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκαλοι, τὸ ἀρχαῖον καὶ πατροπαράδοτον δόγμα ἀσφαλῶς κατέχοντες, καὶ ἄλλως οἱ κακολογοῦντες ἡμᾶς λέγῃσι καὶ τὰ ἡμέτερα διασύροντες.

ΕΦΕΣΟΥ.

Καὶ συμφωνῶν (4) τῷ ἁγίῳ Δαμασκηνῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγω, καὶ ὅτι οὐκ ἔτερος τοῦτο λέγειν δοκῆ.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Καὶ μάλιστα γὰρ ἡμεῖς τῷ ἁγίῳ Δαμασκηνῷ συμ-

(1) Joan. xv. 26; xvi. 13, 14.

(2) Confer et alium Basilii locum, l. i c. Eunom. a Constantino Meliteniota, orat. 1, n. 38 (Gr. orth. t. II, p. 750) allatum.

(a) Est oratio prima § 50, ed. Montfaucon. Primum dicit etiam Beccus, qui epigr. 13 (Gr. orth. t. II, p. 630) et alibi eadem plane ratione hunc celeberrimum textum protulit. De quo uberius dis-

num Maximum ostensum est, occidentales sanctos ita loqui. An eas quæ dicunt *ex essentia Filii*, quæ *ex ambobus essentialiter*, et quod *profunditur et prodit ex Patre et Filio Spiritus sanctus*? Sed hæc Cyrilli ac doctorum Ecclesiæ locutiones sunt. Verum et magnam Athanasium audimus dicentem, Filium esse Spiritu majorem eique æqualem, et hoc credimus atque constemur. Ait enim oratione tertia (a) contra Arianos, cujus initium: «Hæreses, quæcunque contra veritatem:» — «Talia itaque Judæis dixit Dominus tanquam homo; discipulis vero deitatem et magnitudinem suam ostentans, non minorem semetipsum Spiritu, sed majorem et æqualem significans elargiebatur Spiritum dicebatque: *Ego eum mittam*, et: *Ille me clarificabit, et quæcunque audiet, loquetur.*» Illud majus Basilii Magnus in controversa Scripturæ loca ita exponit: «Vel magnitudine vel tempore vel dignitate vel ut causa majus aliquid dicitur.» Et Gregorius Nyssenus libro tertio (b) contra Eunomium, cujus initium: «Fieri, ut videtur, non potest, ut quis de omnibus bene mereatur,» dicit: «Si temporalem quamdam intercapedinem hypostasi Unigeniti anteponeret, qui Patrem sola principii ratione Filii præintelligit, jure censori posset doctrina de Filii æternitate in periculum vocari.» Et nonnullis interjectis: «Quemadmodum enim Patri Filii conjungitur, et cum ex illo originem ducat, existentia tamen posterior non est: ita rursus Spiritus sanctus ad Unigenitum se habet, adeo ut sola cogitatione secundum causæ rationem ipse prius quam Spiritus sancti hypostasis concipiatur.» Hæc nos et credimus et prædicamus; et si ipse hæc vult repudiare, repudiet; puto enim equidem, neque nos aliter consentientes dicet, neque has abnegabit voces ipse, si divinis Patribus velit consentire. Nos enim sanctorum doctorumque theologice institutionibus inhæremus easque ex integro retinemus, et sacra eorum dem dogmata sequimur, non prorsus modo aliter credere volentes, quam sicut docuerunt Patres, Ecclesiæ lumina et doctores, dogma antiquum et a majoribus traditum firmiter retinentes, licet aliter dicant ii qui nobis maledicunt ac nostras D doctrinas irrisu habent.

EPHES. (CAP. XII).

Et concordans sancto Damasceno *ex Filio Spiritum non dico*, licet alius qualiscunque tandem id dicere videatur.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Sancto Damasceno maxime nos in omnibus

(3) Al. textus habet, ὑπερεπίθει.

(4) Ita Monac. 256, f. 124 b; συμφωνῶν habet Mon. 27 f. 134 a.

putavimus in Animadversionibus ad Photii librum de Spirit. sanct. mystagogia, cap. 4, § 23.

(b) Apud Beccum epigr. 1 (Gr. orth. t. II, p. 524), lib. 1.

concordamus ejusque theologiam amplectimur. Ex Filio enim Spiritum procedere neque dicimus, neque unquam dicemus, sed ex Patre et ex Filio, atque ex Patre per Filium. Etenim dicere Spiritum sanctum ex Filio, et non præmittere dictionem *ex Patre*, causam principalem esse Filium subindicat, quod Eunomius prædicabat, sicuti dictionem *ex solo Patre* Nestorius. Hic autem sanctus per medium harum duarum suppositionum incedens neque ex Filio dicit, neque ex solo Patre, sed ex Patre per Filium. Atque ex hoc utriusque partis sententia conteruntur, quemadmodum in superioribus diffusius explicavimus, neque nunc oportet eadem repetere. Nam formula *ex Filio* utebatur Eunomius, separans inde Spiritum a Patre, ut divus Basilius probat libris suis contra eundem; dictionem vero *ex Patre per Filium* et *ex Patre et Filio* cum copulativa conjunctione et bene ac recte explanat, qui id dicit, paternam hypostasim fontem esse sancti Spiritus, et ex hoc fonte esse Filium sancti Spiritus fontem, sicut magnus Athanasius libro de Incarnatione Verbi ait: « Novit siquidem apud Patrem Filium esse fontem Spiritus sancti. » Ac Gregorius Theologus oratione de Spiritu sancto docet, Patrem oculo, Filium fonti, sanctum vero Spiritum fluvio comparari ac similiter se habere. Ait enim: « Enimvero cum mentis curiositate multum diuque mecum considerassem atque orationem undequaque explorarem, rei tantæ imaginem quamdam exquirens, cui tandem rerum inferiorum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, major tamen pars me fugit, humique me cum meo exemplo reliquit. Oculum quemdam et fontem ac fluvium mihi proposui, quemadmodum alii quoque, ut viderem, num Pater cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus sanctus cum fluvio proportionem quadam conveniret. Hæc enim nec tempore discernuntur, nec ob continuitatem a se invicem abruptuntur, ac tribus insuper proprietatibus

EPHES. (CAP. XIII).

Neque dico Filium Spiritus sancti causam neque pro ductorem, ne secundum principium in Trinitate et exinde duæ causæ duoque principia intelligantur.

APOLOGIA.

 Λατίνων προσερχομένους προσδέχεσθαι, πρόδηλον
 ὡς οὐχ αἰρετικοὶ ὑπὸ πολλῶν Πατέρων ἐκρίθησαν·
 πάντως γὰρ καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας καὶ αἱ λοιπαὶ ἐκ-
 κλησὶαι ἐγίνωσκον ἂν τὴν κατὰ Λατίνων κρίσιν τε
 καὶ καταδικήν. Ἀλλὰ καὶ Λατῖνοι τοὺς ἡμετέρους
 † ἔχριον καὶ χρισμαρισμένους ὠνόμαζον. Ὅτι δὲ
 οὐ κατὰ δίκαιον λόγον ταῦτα ἐγίνοντο, δῆλον, ὅτι ἐν
 τῇ ἐνώσει ἡμῶν οὐδένα λόγον εἶχον εἰπεῖν καθ'
 ἡμῶν, ἀλλ' ὀρθοδόξοι ὄντες παρὰ τῶν ὀρθοδόξων ὀρ-
 θόδοξοι ἐκρίθημεν.

† Ἐχρισαν ἐνίοτε οἱ Λατῖνοι τοὺς Γραικοὺς μετὰ
 προσδιορισμοῦ καὶ διαστολῆς, ἐπειδὴ περ οἱ πρεσβύ-
 τεροι οὐκ εἰσιν οἰκεῖοι τοῦ μυστηρίου τούτου ὑπηρέται.
 quales erant in Bulgaria sacerdotes Photii, vel quia
 sim conferunt, non sunt ordinarii confirmationis ministri.

¹⁰ Luc. xi, 23.

(α) Editio Dosithei in Τόμῳ Ἀγάπης, δθροισμα, ἥτις ἐκ τῶν ἑτέρων τεσσάρων πατριαρχῶν κοινωνίας
 ἀποσχισθεῖσα, εἰς ἔθνη, etc.

A respondens ad quæsitâ Marci sanctissimi patriar-
 chæ Alexandrini, scriptum reliquit? *Interrogatio*
Marci. Captivi Latini et alii ad nostras catholicas
 ecclesias accedentes petunt divinæ sanctificationis
 communionem. An sit concedendum hoc, scire cu-
 pimus. *Responsio Theodori.* Qui non est mecum,
 contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit ¹⁰.
 Quoniam igitur ante multos annos Ecclesiæ Occi-
 dentalis, Romanæ inquam, celebris illa portio di-
 vulsa est a consortio reliquorum sanctissimorum
 quatuor patriarcharum, per mores et dogmata a
 catholica Ecclesia et orthodoxis aliena. Nam pro-
 pterea et in divinis sacrificiis papa non immerito cum
 muni uominum patriarchalium commemorationi;
 ideirco non debet homo Latinus sacerdotali manu
 per divina et immaculata mysteria sanctificari, ni
 prius Latinorum dogmata moreque velit ejurare,
 et canonicè catechismo initiatur, et in numerum
 orthodoxorum referatur. Audis? divulsi sunt non
 modo per mores, sed etiam dogmata quæ non agno-
 scit Ecclesia; quæ vero non agnoscunt orthodoxi,
 hæretica certe sunt. Audis etiam, initiandum esse
 canonicè, atque in numerum orthodoxorum refe-
 rendum? Quod si initiandus est, chrismate etiam
 profecto ungendus. Unde ergo nobis repente ortho-
 doxi apparuerunt, qui per tot tempora, et per tot
 Patres et doctores hæretici iudicati sunt?

οὖν ἡμῖν ἀνεφάνησαν ἐξαφνης ὄντες ὀρθόδοξοι καὶ
 διδασκάλωι κριθέντες αἰρετικοί;

C

RESP.

Cum protulisset canonem præcipientem, quinam
 sint consignandi, ubi nulla mentio de Latinis, et
 subiecisset responsionem unius Balsamonis ad
 Alexandrinum, intulit: Qui per tot Patres hære-
 tici iudicati sunt. Liqueet ergo a Balsamone tantum,
 non a multis Patribus tales esse iudicatos, idque
 post schisma et concertationem. Certe si Alexan-
 drinus post tot exacta tempora (jam enim anni
 trecenti abierant) ignorabat, quomodo recipiendi
 essent Latini, perspicuum est illos non fuisse hæ-
 reticos a multis Patribus iudicatos; nota enim fuis-
 sent procul dubio Alexandrino et reliquis eccle-
 siis iudicium et sententia, qua damnati essent La-
 tini; verum Latini etiam nostros consignabant †, et
 chrismatos appellabant. Sed hæc non fuisse in
 æquo et bono facta constat ex eo, quod in nostra
 unione nihil habuerunt quod nobis objicerent, sed
 cum essemus orthodoxi, habiti sumus ab ortho-
 doxis orthodoxi.

† Episcopi Latini Græcos aliquando sub condi-
 tione consignabant, vel quia ministri hujus sacra-
 menti excommunicati fuerant et pro laicis habiti,
 presbyteri, qui apud Græcos sacramentum hoc pas-

EPHES.

Quis illos tam facile orthodoxos fecit? Aurum, si quod verum est, sateri velis, et lucra tua: imo vero aurum non illos fecit orthodoxos, sed te reddens illis assimilē in hæreticorum partem detrusit.

RESP.

Facile illos orthodoxos fecit voluntas, qua dogma in Ecclesiam ab eis inductum passi sunt examinari per synodum œcumenicam †, quod antea non patiebantur; et præterea sanctorum Patrum allatæ sententiæ, quæ Spiritum sanctum etiam ex Filio asserunt; et prolatum ex epistola sancti Maximi testimonium, quo probatur sententias illas esse germanas; et Patrum dicta, quos et ipsi pro sanctis habemus et Ecclesiæ doctoribus: quin et publicus anathematismus duorum principiorum, et confusionis personarum, de quibus accusabantur; ut plane fatebitur et ipse, qui ibidem aderat et audiebat. Auri vero rursus mentionem facit, vel aurum amans, vel carens auro, quod ipse expetit.

† Auctoris sententiâ: nam dogma hoc, ut dictum est, in aliis conciliis jam antea discussum erat.

EPHES.

Sed si medium, inquit, aliquid inter dogmata excogitemus, per illud et cum iis conjungemur, et res nostras optime componemus, cum nihil lateri cogamur præter ea quæ nobis consueta sunt et a Patribus tradita. Hoc illud est quod ab initio multos decepit, persuasitque sequi homines, qui eos ad prærupta impietatis abduxerunt. Nam esse quid medium inter utramque sententiam rati, ut contingit in quibusdam contrariis, ultro in perniciem incurserunt. Verum dictio quidem reperiri poterit media inter duas opiniones, æquivoce utramque significans, sed contrariis sententiis interjectam esse median sententiam de re eadem, est impossibile; alioquin erit etiam quid medium inter verum et falsum, affirmationemque et negationem. Atqui non est; etenim de omni re aut affirmatio, aut negatio. Si ergo Latinorum dogma verum est, quod ex Filio procedat, nostrum quod ex Patre solo, erit falsum, propter quod et dissidium secutum est: si contra nostrum verum est, dogma illorum erit falsum. Inter hæc igitur quidnam erit medium? Profecto nihil; nisi dictio aliqua ad utramque sententiam accommodata instar cothurni. Hæc ergo pacem conciliare poterit? Et quid agemus, quando nostros invicem sensus et opiniones examinabimus? Fierine poterit, ut contraria sentientes utriusque orthodoxi vocemur? Ego certe non crediderim; tuum erit hoc scire, qui omnia misces, et rebus omnibus facile nomina adaptas.

RESP.

Nos a principio et a primis Patribus accepimus, atque a Gregorio Theologo, medium in fide tenere; nam veritas consistit in medio; quæ vero extrema sunt, excessus vocantur et defectus, ut necessario

A

ΕΦΕΣ.

Τίς αὐτοὺς οὕτω ῥηδίων ὀρθοδόξους πεποιήκεν; Ὁ χρυσοῦς, εἰ βούλοιο τὴν λέγειν, καὶ κέρδη τὰ σά· μᾶλλον μὲν οὖν ἐκείνους οὐ πεποιήκεν ὀρθοδόξους, σὲ δὲ ποιήσας ἐκείνους ὁμοιον, εἰς τὴν αἰρετικὴν ἀπέωσατο μοίραν.

ΑΠΟΛ.

Ῥηδίων αὐτοὺς ὀρθοδόξους πεποιήκεν ἡ θέλησις αὐτῶν τοῦ κριθῆναι ὅτι οἰκουμενικὴν † σύνοδον τὸ παρ' αὐτῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσαγόμενον, ὅπερ πρότερον οὐ κατεδέχοντο· ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ ἐμφανισθέντα τῶν θείων Πατέρων ῥητὰ, τὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγοντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ἡ ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς μαρτυρία τοῦ θείου Μαξίμου, δηλοῦσα οὐ γνήσιά εἰσι ταῦτα· καὶ τῶν Πατέρων αἱ φωναί, οὗς καὶ ἡμεῖς δοξάζομεν ἁγίου· καὶ διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας· ἀλλὰ καὶ ὁ ἐνώπιον πάντων ἀναθεματισμὸς τῆς διαρχίας καὶ τῆς συναλοιφῆς, οἱ δὲ ἐνεκαλοῦντο, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογήσει παρῶν ἐκείσε καὶ ἀκούων. Χρυσοῦ δὲ πάλιν μέμνηται ἡ χρυσοῦ φίλων, ἢ χρυσοῦ ἑστρημένους τοῦ παρ' αὐτοῦ φιλουμένου.

† Δόξα τοῦ συγγραφέως· πάσαι γὰρ ἐξήταστο ἐν ἁλλαις συνόδοις τὸ δόγμα τοῦτο.

ΕΦΕΣ.

Ἄλλ' εἰ μεσότητά τινα, φησὶν, ἐπινοήσαιμεν τῶν δογμάτων, ἐκείνους τε συναφθησόμεθα δι' αὐτῆς, καὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ· καλῶς ἔξομεν, οὐδὲν ἀναγκάζομενοι λέγειν παρὰ τὰ εἰσθότα καὶ παραδεδομένα. Τοῦτ' ἐστὶν ἐκείνο, τὸ τοῦς πολλοὺς ἐξ ἀρχῆς ἀπατήσαν, καὶ κείσαν ἀκολουθεῖν τοῖς εἰς τὸν κρημνὸν τῆς δυσσεθείας ἀπάγουσι. Πιστεύσαντες γὰρ εἶναι τι μέσον ἀμφὸν τῶν δοξῶν, ὅπερ ἐπὶ τινῶν ἐναντίων συμβαίνει, πρὸς τὸ δεινὸν ἠυτομώλησαν. Ἄλλὰ λέξιν μὲν ἐνδέχεται μέσον δύο δοξῶν εὑρεθῆναι, τὴν ἀμφοτέρως σημαίνουσαν ὁμωνύμως, ὅθεν ἐξ ἐκείνων ἐναντίων δοξῶν περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, εὐδύνατον· εἰ δὲ μή καὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους ἔσται τι μέσον, καὶ καταπάσεως καὶ ἀποπάσεως· ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ἐπὶ παντὸς γὰρ ἡ κατάφρασις, ἢ ἡ ἀπόφρασις. Εἰ μὲν οὖν τὸ Λατινικὸν ἀληθὲς δόγμα, τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ψευδὲς τὸ ἡμέτερον, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔκθου, διὰ τοῦτο γὰρ ἐχωρίσθημεν· εἰ δὲ τὸ ἡμέτερον ἀληθὲς, ψευδὲς ἂν εἴη ὀρθοδόξου τὸ ἐκείνων. Τί οὖν ἂν εἴη μέσον τούτων; Οὐδὲν· κλην εἰ μὴ λέξιν πρὸς ἀμφὸς τὰς δύο; ὁρῶσα, καθάπαρ εἰς κίθονος. Αὕτη οὖν ἡμᾶς ἐνωθῆναι ποιήσει; Καὶ τί δράσομεν, εἴαν ἀλλήλου; ἐξετάσομεν περὶ τῶν νοημάτων καὶ τῶν δοξῶν; Ἐνὶ καὶ ἀμφοτέρως ἡμᾶς προστεταῖν ὀρθοδόξους τοὺς τάναντία φρονούντας; Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι· σὺ δ' ἂν εἰδείης ὁ πάντα φύρων, καὶ πάντα ῥηδίων; ἰκονομάζων.

ΑΠΟΛ.

Ἡμεῖς ἀνωθέν τε καὶ ἐκ πρώτων παρελάβομεν, καὶ παρὰ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου τὴν μεσότητα ἐν τῇ πίστει φυλάττειν, ἐπεὶ ἡ μεσότης ἐστὶ καὶ ἀληθία· τὰ δὲ παρ' ἐκείτερα τοῦ μέσου ὑπερβολαὶ λή-

γονται και ἑλλείψεις, και ἐξ ἀνάγκης και τὸ ἀνούσιον ἔχουσαι. Καλῶς οὖν μετὰ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ταῦτα λέγομεν. Μεσότης δὲ ὅταν εἶπω, φησὶ, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς τὴν βλέπειν καλῶς ἔχουσαν και μόνον, και τὴν φαύλην συναίρειται παραιτούμενοι, και τὴν ἀτοπωτέραν διαίρειται· και πάλιν· Ἡμεῖς τὴν μέσην ὁδὸν βαδίζοντες και βασιλικὴν, ἐν ἧ και τὸ τῶν ἀρετῶν ἔσθηκεν ἀκρότατον. Ταύτην και ἡμεῖς λέγομεν· ἦν δὲ αὐτὸς λίξιν μέσην δύο δοξῶν εἰσάγει, οὐκ οὐδαμὲν πέθειν και παρὰ τοῦ λαβῶν φάσκει· διὸ δ οὔτε ἡμεῖς οὐδαμὲν λέγειν, οὔτ' ἄλλους ἠκούσαμεν λέγοντας, πῶς ἀπολόγηται ὄντων; Αὐτὸς γὰρ εἰσάγει τὸ μὴ παρὰ τῶν ἁγίων εἰρημένα, και κατὰ τὴν θέσιν αὐτοῦ καταφασιν ποιεῖ και ἀπόφασιν. Τὸ γὰρ, Ἐκ μόνου, οἱ ἅγιοι οὐ λέγουσιν, ἀλλὰ, διὰ τοῦ Υἱοῦ, και, Ἐξ ἀφοῦν, ὡς προαπειδέχθη. Διὸ και τὰ μὴ εἰρημένα παρὰ τῶν ἁγίων ἢ Ἐκκλησίας οὐκ ἐφρόνει ποτὶ ἡμεῖς δὲ τὰ παρὰ τῶν ἁγίων εἰρημένα στήργουμέν τε και φυλάττομεν, και φυλάττομεν, μηδὲν περὶ μεσότητος ἄλλης λέγοντες, πλὴν τῆς παραδεδομένης παρὰ τῶν ἁγίων, καὶ αὐτὸς ταύτην ἀναπλάττη, ὡς βούλεται.

ΕΦΕΣ.

Βούλει παρὰ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου μαθεῖν, οἷα περὶ τῆς μεσότητος γράφει; Ἡ πρὸς πάντας ὁρῶσα τοῦς παριόντας εἰκῶν, ὁ κοινὸς ἀμφοτέρων τῶν ποδῶν κόθορνος, ἢ κατὰ πάντα ἀνερον λίμνησις, ἔξουσιαν λαβούσα, τὴν ἔγγραφον (α) κακουργίαν και τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπίνοιαν. Τὸ γὰρ ὁμοιον κατὰ τὰς Γραφὰς τῆς εὐσεβείας πρόσχημα ἦν τῆ χαλκῆ τῆς ἀσεβείας περικείμενον. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς (β) ἐπινοηθείσης τῆς μεσότητος· περὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἐξυρούσης συνόδου τοιαῦτα πάλιν φησὶν· Εἴτε τὸν Χαλάννης πύργον, ὃς καλῶς τὰς γλώσσας ρισαί, ὡς ἔφελόν γε και ταύτας, ἐπὶ κακῶ γὰρ ἢ ἐμέσσημωνα· εἴτε τὸ Καίφα συνίδριον, ὃ Χριστὸς κατακρίνεται· εἴτε τι ἄλλο τοιοῦτον τὴν σόνοδον ἐκείνην ὀνομαστέον, ἢ πάντα ἀνέτριψε και συνέχεε, τὸ μὲν εὐσεβὲς δόγμα και παλαιὸν και τῆς Τριάδος συνήγαρον καταλύσασα τῆ βλαβερῆ χάρακα, και μηχανήμασι κατασείσαι τὸ ὁμοιούσιον, τῆ δὲ ἀσεβείᾳ ὕβραν ἀνοίξασα διὰ τῆς τῶν γεγραμμένων και λεγμένων μεσότητος· σοφοὶ γὰρ ἐγένοντο τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλοποιῆσαι οὐκ ἔγνωσαν. Τοσαῦτα μὲν ἡμῖν ἀρκεῖ περὶ τῆς μεσότητος· ὅτι τε οὐδ' ἔστιν ἄλλως μεσότης ἱκανῶς ἀποδειχθῆσαι, και ὅτι τὰ τοιαῦτα ζητεῖν ἀσεβὲς και τῆς Ἐκκλησίας ἀλάτρηον.

ΑΠΟΑ.

Ταῦτα δὲ λέγων ὁ τίμιος οὗτος προσποιεῖται ἔγγυριαν, ὅπως ἄλλως νοεῖται τὸ ὁμοιούσιον, και ἄλλως τὸ ὁμοιούσιον· τὸ γὰρ ὁμοιούσιον οὐ ταυτὸν τῆ οὐσίᾳ κατὰ τὴν τεχνικὴν εἶπειν, οὐδὲ κατὰ τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων ἀληθῆ ἐξήγησιν. Τὸ μὲν γὰρ, ἦγουν τὸ ὁμοιούσιον, τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας θελοῦ· τὸ δὲ ὁμοιούσιον τὸ ὁμοιούσιον ὁμοιον· ὡς τὸ·

(16) Orat. de theolog. 1.

(a) νεόγραφον Dosith. (a) πρόσχημα ἦν περὶ τῆς ἰδ. omissis intermediis.

PATROL. GR. CLX.

A sint etiam nihil. Itaque cum Gregorio Nazianzeno (16) recte dicimus: Medium vere cum deo, veritatem dico, ad quam unam respicere sine vitia possumus, nec prave contrahentes, nec absurditas dividentes; et rursus: Nos media regiaque via incedentes, in qua etiam situm est virtutum fastidium. Hoc ergo et nos medium sciamus. Vocem autem inter duas sententias mediam, quam ipse inducit, unde habeat, et a quo sumptam proferat, nescimus. Quare quod et nobis ignotum est, et dictum ab aliis nunquam audivimus, ad hanc quomodo respondeamus? Inducit enim ipse quae non sunt dicta a sanctis, et ex suo sensu statuit affirmationem et negationem; cum sancti nunquam, Ex solo, dixerint, sed, per Filium, et, Ex utroque, ut jam antea ostensum est. Quapropter Ecclesia nunquam sensit, quae non accepit a sanctis; sed ea recipimus et observamus quae dicta a sanctis habemus, et nunquam ab illis recedimus, aliud medium non agnoscentes praeter illud, quod sancti nobis tradiderunt, licet ipse suo arbitratu novam confingat medium.

EPHES.

Visne ex Gregorio Nazianzeno scire (16') quae ipse de mediis scribat? Imago, inquit, quocumque in omnes praetereuntes intuens, communis utriusque pedis cothurnus, ventilatio ad omnem ventum, arrepta facultate per scriptam calliditatem et versutiam adversus veritatem. Nam similitudinis nomen juxta Scripturas praetextus pietatis erat, quo hamus impietatis obtegebatur; et haec quidem de medio tunc excogitato. De synodo vero, quae talis mediis fuit inventrix, rursus haec ait: Sive Chalanæ turrim, quae linguas rite divisit (utinam divisisset et istas, in malo quippe fuit consensus); sive concilium Caiphæ, in quo Christus condemnatur; sive alio non absimili nomine vocemus eam synodum, quae omnia evertit et miscuit, dogma piæ et antiquum demolita, quod Trinitati suffragabatur: vallo enim sospit, et machinis fidem consubstantialitatis labefactavit: impietati vero fores aperuit, mediis scriptione et usurpatione vocabulorum; etenim ingeniosi fuerunt ad malefaciendum, quid vero sit recte facere, ignorarunt. Haec nobis de medio sufficiant; satis enim ostendimus nullum plane medium dari; nec non impium esse et a sensu Ecclesiae alienum, hujusmodi media quaerere.

RESP.

Dum haec dicit egregius vir, nescire se simulat, aliud significari per homœusion, et aliud per homousion. Nam quod homœusion est, non habet eandem essentiam, si quis vocem more grammaticorum explicet, aut etiam secundum veram sanctorum Patrum expositionem. Quia vox, homousion, significat essentiae nulla cum varietate identitatem;

(16') Orat. in Athan.

homœstion vero rem assimilatiōne non dissimilem, quale est illud : *Simile est regnum celorum grano sinapis* 29 ; et illud : *Cum Christus apparuerit, similes ei erunt* 30 ; hæc enim non indicant similitudinem essentialē. At vero in Dei Filio Salvatore nostro non ita, sed consubstantialē ipsum novimus, Christum ipsum audientes dicentem : *Ego et Pater unum sumus* 31. Ubi per illud, *unum*, identitatem essentialē cum invariabilitate declaravit; per illud autem, *sumus*, duas expressit hypostases. Cæterum Ariani, quis non credebant Dei veri et Patris Filium eandem quæm et Pater habere substantiam, remota prorsus omni variatione, esseque illi æqualem, si generationem excipias, mutarunt homœusion in homœusion : idque medium nominabant, et simplicioribus imponebant. Hoc in nos et Latinos quomodo quadrabit, qui Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum pariter fatemur? et quidquid est Pater et Filius, hoc esse Spiritum sanctum, sive virtutem, sive principatum dicess, sive potestatem et deitatem, proprietatibus immotis manentibus?

EPHES.

Quis ergo futurum est mediis hæc Gæcolasticis, qui medium amplectentes, ex Latinorum institutis et dogmatibus quædam aperte approbant; aliqua vero probant quidem, sed ipsi nequaquam amplectenda duxerint, alia vero ne probant quidem? Devitandi sunt non secus atque colubri; non secus atque illi, cum sint etiam deteriores, qui Christum cauponantur, habentque illum quæstui : *Hi enim sunt*; ut inquit Apostolus, *qui existimant quæstum esse pietatem*; de quibus ipse subjungit : *Hujusmodi homines devota* 32; non enim ut addiscant, sed ut sibi aliquid acciscant, ad illos transfugiunt. Quæ vero societas luci ad tenebras, aut quæ conventio Christi ad Belial? Et quæ pars fideli cum infideli?

RESP.

Ad hæc nulla responsione est opus; contumelias enim in nos jacit ira percitus ac inflammatus. Bene ergo dicat, necne, responsiones quas dedimus et daturi sumus, ostendunt, et patebit hoc cordatis hominibus.

EPHES.

Siquidem nos cum Damasceno et cunctis Patribus, ex Filio vero Spiritum non dicimus : isti autem cum Latinis ex Filio Spiritum dicunt.

RESP.

Nos quoque cum sancto Damasceno Spiritum non dicimus ex Filio, sed etiam ex Filio; nam conjunctio copulativa optime indicat Spiritum et ex Patre et ex Filio. Dicere autem absolute Spiritum ex Filio, denotat Filium esse causam originariam, quæ erat Eunomii et sequacium ejus sententia. Nos vero cum Damasceno et universis Patribus dicimus et

Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως· καὶ Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῆ, ὁμοιοὶ αὐτῷ ἐσόμεθα· οὐ τῆ οὐσίας δηλοῖ. Ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγος οὐτως, ἀλλ' ὁμοίωσιν ἐγνωμεν, αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ ἀκούοντες λέγοντες· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἑσμέν*· διὰ τοῦ, *ἐν*, τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας ἐμφαίνων καὶ ἀπαράλλακτον· διὰ δὲ τοῦ, *ἐσμέν*, τὰς δύο ὑποστάσεις δηλών. Ὅθεν οἱ περὶ τὸν Ἄρειον μὴ φρονούντες· τὸν Υἱὸν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Πατὴρ τῆς αὐτῆς οὐσίας κατὰ πάντα ἀπαράλλακτον, καὶ ἴσον τῷ Πατρὶ πληρὸν τοῦ γεννῆν, ἀμφίβουτες τὸ ἑμοῦσιον, τὸ ὁμοίουσιον ἐτίθεσαν, καὶ μεσότηα ὠνόμαζον ἀπαιτώντες τοὺς ἀφελεσετέρους. Πῶς ἐφαρμόζει τοῦτο ἐφ' ἡμῶν τε καὶ Λατίνων, ὅτινις κοινῶς ἐμολογοῦμεν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἓνα Θεόν· καὶ πάντα θσα ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱός· καὶ θσα ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, ταῦτα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ δυνάμει καὶ κυριότητι καὶ ἐξουσίᾳ καὶ θεότητι, τηρουμένων τῶν ἰσοτήτων ἀκινήτων;

EΦΕΣ.

Ἄλλὰ τί, φησὶ, δράσομεν πρὸς τοὺς μέσους τούτους Γραικόλατινοὺς, οἱ τὴν μεσότητα περιέποντες; εἰ μὲν ἐπαινοῦσι τῶν Λατινικῶν ἰθῶν καὶ δογματῶν ἀναφανδόν, τὰ δ' ἐπαινοῦσι μὲν, ἀλλ' οὐκ ἂν εἰλοιντο, τὰ δ' οὐδ' ἐπαινοῦσιν ὅλως; Φευχτέον αὐτοῖς, ὡς γεύει τις ἀπὸ ὄψεως· ὡς αὐτοὺς ἐκείνους, ἢ κἀκείνων πολλῶν δήπου χεῖρνας τοὺς Χριστοκαπήλους καὶ Χριστοεμπόρους. *Οὗτοι γὰρ εἰσι*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, *οἱ κρισμόν ἠγούμενοι τῆς εὐσέβειας*· περὶ ὧν ἐπάγει λέγων· *Ἀγρίτασο ἀπὸ τῶν τοιοῦτων*· οὐ γὰρ ἵνα μάθωσιν, ἀλλ' ἵνα λάθωσι πρὸς ἐκείνους; αὐτομολοῦσι. Ποῖα δὲ κόνικονία φωνεῖ πρὸς σκότος, ἢ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαν; ἢ τίς μερὶς πιστῶ μετὰ ἀπίστου;

ΑΠΟΛ.

Ἐνταῦθα εὐδεμία ἀπολογίας χρεια· ὅθρεις γὰρ κατ' ἡμῶν προφέρει θυμούμενος μᾶλλον καὶ ἔργιζόμενος. Ἐπεὶ οὖν καλῶς λέγει, εἴτε μὴ, αἱ προαναγεγραμμένα ἀπολογίαί θήλουσε, καὶ εἴτε αἱ ὅψι προβαίνουσαι· καὶ ὁ νόων νοήσει.

EΦΕΣ.

Ἡμεῖς μὲν γὰρ μετὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ καὶ τῶν Πατέρων ἀπάντων, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα οὐ λέγομεν· οὗτοι δὲ μετὰ τῶν Λατίνων ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγουσι.

ΑΠΟΛ.

Καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ ἁγίου Δαμασκηνοῦ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· διότι ὁ ἀσυμπλεκτικός σύνδεσμος περιστάσει μᾶλα καλῶς καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· τὸ δ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀπολελυμένως λέγειν, προκαταρκτικῶν αἰτίων τὸν Υἱὸν τίθεισιν, ὅπερ ὁ Εὐνόμιος καὶ οἱ κατὰ τὴν Εὐνόμιον ἐπρόβουν. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ

29 Matth. xiii. 31. 30 1 Joan. iii. 2. 31 Joan. i. 30. 32 1 Tim. iv. 15.

και των Πατέρων πάντων και εκ του Υιού, και διὰ του Υιού λέγομεν· τὸ μὲν γὰρ ἔστιν Ἐδνομίου, ἐκ μόνου του Υιού τὸ Πνεῦμα λέγοντας, και βαθμοῦς θεοσέτων εισάγοντας· τὸ δὲ, Καὶ εκ του Υιού, των Πατέρων ἐστὶ φωνή. Ἄλλα και ἐξηγητὴν των ἑαυτου λόγων τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην διασαφούντα τὰ ἑαυτου προεκκομισαμεν, και καλῶς τὴν διασάφωσιν τὴν περὶ τούτου πεποιτήκαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

ΕΦΕΕ.

Και ἡμεῖς μὲν μετὰ του θεου Διονυσίου μόνῃ πηγῆν τῆς ὑπερουσιου θεότητος τὴν Πατέρα λέγομεν, οὔτερι δὲ μετὰ των Ἀγίων και τὴν Υἱὸν πηγῆν του ἁγίου Πνεύματος λέγομεν, ἐκβάλλοντες αὐτὸ δηλαδὴ τῆς θεότητος.

ΑΠΘΑ.

Ἐμοῦτω, και ἡμεῖς μετὰ του θεου Διονυσίου και πάντων των ἁγίων μόνῃ πηγῆν και ἀρχὴν τῆς θεότητος τὴν Πατέρα ἔγνωμεν, οὔτε προεπινοεῖται ταύτης ἄλλη· ἀλλὰ μὴν ἐκ ταύτης τῆς πηγῆς του Πατρὸς πηγῆν τὸν Υἱὸν γινώσκουμεν του ἁγίου Πνεύματος. Φησὶ γὰρ ὁ πολὺς τὰ θεῖα ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ *Περὶ ἐνσάρκου ἐπιφανείας* λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Οἱ κακοτέχνως τὰς θεῖας Γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν· Οἶδα γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ Πατρὶ ὄντα τὸν Υἱὸν πηγῆν του ἁγίου Πνεύματος· και ὁ μέγας Βασίλειος· Πηγὴ ζωῆς ὁ Υἱός· φησὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν Πατέρα· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*. Και πάλιν ἕτερος πρόφητης λέγει περὶ των Ἰουδαίων· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγῆν ὕδατος ζῶντος*· ὕδωρ δὲ ζῶν C ὀνομάζεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· περὶ οὗ ὁ Κύριος εἶρηκεν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Ὅς δ' ἂν πῖν ἐκ του ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτου βρῦσσουσιν ὕδατος ζῶντος*· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ του Πνεύματος, ὃ ἐμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. Δι' ὧν δείκνυσι σαφῶς πηγῆν του ζῶντος ὕδατος ἦτοι του Πνεύματος ὄντα τὸν Υἱόν. Καὶ ὁ Χρυσόστος τὴν γλῶτταν ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ μυστήριον του βαπτίσματος, οὗ ἡ ἀρχὴ, Πάλιν ἡμῖν ἡ του μακαρίου Δαβὶδ πνευματικὴ κιθάρα, φησὶ· Διὰ τουτο ὁ Σωτὴρ δείκνυσιν ἑαυτὸν πηγῆν ζωῆς, και ὕδωρ ζῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Συμφώνως και ὁ ἅγιος Ἀμβρόσιος ἐν τῷ πρὸς Γρατικῶν βασιλέα πρώτῳ βιβλίῳ ἐν 17 κεφαλαίῳ· *Τοίνυν ὡσπερ τὸ ῥῆμα τῆς ζωῆς ζωὴ ἐστίν, οὕτω και τῆς ζωῆς τὸ Πνεῦμα ζωὴ ἐστίν*. Δίχου δὲ, ὅτι καθάπερ ὁ Πατὴρ πηγὴ ζωῆς ἐστίν, οὕτω και τὸν Υἱὸν ὅτι πλεῖστοι πηγῆν ζωῆς ἐμνημόνευσαν σημαίνόμενον, ὅτι παρὰ σοῖ, φησὶ, Θεὸς παντοδύναμη, ὁ Υἱός σου πηγὴ ζωῆς ἐστίν, τουτέστι πηγὴ του ἁγίου Πνεύματος· ὅτι Πνεῦμα ζωὴ ἐστίν, καθὼς ὁ Κύριος φησὶ· *Τὰ ῥήματα δ' ἐγὼ ἐλάλησα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι και ζωὴ*. Καὶ γὰρ ἵπου τὸ πνεῦμα, και ζωὴ· και ὅπου ζωὴ, και τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐστίν. Πολλοὶ μέντοι ἐν τῷδε τῷ χωρίῳ τὸν Πατέρα βούλονται μόνον πηγῆν σημαίνεσθαι, και περ ὁρῶντες τί ὑπέμνησεν ἡ Γραφή· *Πατὴρ*

A ex Filio et per Filium: Nihil enim assererat Eunomius, nimirum ex solo Filio; qui gradus etiam deitatum iudacebat. Vox autem, Et ex Filio, accepta est a Patribus. Certe nos Joannem Damascenum protulimus verba sua exponentem, sive ipsius interpretem; et satis hoc in antecedentibus declaravimus.

EPHES.

Et nos quidem cum sancto Dionysio solum superessentialis deitatis fontem dicimus Patrem; isti vero cum Latinis Filium quoque fontem Spiritus sancti affirmant, excludentes nimirum a deitate Spiritum.

RESP.

Et nos pariter cum sancto Dionysio (17) et sanctis omnibus solum fontem et principium deitatis nominamus Patrem, et nullum alium illi præintelligi; verum ex fonte hoc, nempe Patre; Filium scimus fontem sancti Spiritus. Ait enim rerum divinarum peritissimus Athanasius Magnus, in oratione de Dei Verbi in carne apparitione, quæ incipit: Qui divinas Scripturas magistose voluit intelligere: Novit enim apud Deum Patrem Filium esse fontem sancti Spiritus. Et Basilius Magnus, Fons, inquit, vitæ est Filius. Dicit enim David ad Patrem: *Quoniam apud te est fons vitæ* 22; et rursus alius propheta de Judæis: *Mæ dereliquerunt fontem aquæ vivæ* 23; aqua vero viva nominatur sanctus Spiritus, de quo Dominus in Evangelio: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* 24; hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Per quæ manifesto docet, Filium esse fontem aquæ vivæ, videlicet Spiritus. Aurei quoque oris Pater sermone in sacramentum baptismi, cujus initium: Rursus nobis beati David spiritalis cithara, Propterea, inquit, Salvator ostendit se fontem vitæ, et viventem aquam esse Spiritum sanctum. Similiter et sanctus Ambrosius, libro primo ad Gratianum imperatorem, capite decimo octavo: Itaque, inquit, sicut verbum vitæ vita est, ita et vitæ Spiritus, vita est. Accipe nunc, quia sicut Pater fons vitæ est, ita etiam Filium plerique fontem vitæ memorarunt significatum, eo quod apud te, inquit, Deus omnipotens, Filius tuus fons vitæ sit, hoc est, fons Spiritus sancti; quia Spiritus vita est, sicut Dominus ait: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt* 25. Quia ubi spiritus, et vita; et ubi vita, etiam Spiritus sanctus. Plerique tamen hoc loco Patrem volunt tantummodo fontem significatum, quantum videatur quod Scriptura memoraverit: *Apud te, inquit, fons vitæ*; hoc est apud Patrem Filius; quoniam Verbum apud Deum, quod erat in principio, et erat apud Deum; sed sive Patrem quis

22 Psal. lxxv, 10.

23 Jerem. ii, 13.

24 Joan.

vii 38. 25 Joan. vi, 64.

(17) Cap. 2 De divinis nominibus,

hoc loco, sive Filium intelligat fontem, fontem utique intelligimus non aquæ istius quæ creatura est, sed divinæ illius gratiæ, hoc est Spiritus sancti; ipsæ est enim aqua viva. Et Gregorius Theologus, oratione in Spiritum, quæ incipit: Et hæc quidem de Filio dicta sint, Oculum, inquit, et fontem et fluvium mente apprehendi; nam hoc idem et aliis in mentem venit. Si ergo quia dicimus, Filium esse Spiritus sancti fontem de fonte, hoc est ipso Patre, secundum hosce divinos sanctosque Patres; ideo Spiritum, ut contendit ipse, a deitate excludimus; certe ipse quoque Filium a deitate excludet, eo quod solus Pater sit Filius et Spiritus sancti fons. Sed quemadmodum ipse hoc ut absurdum negaverit; ita multo aptius veriusque idem de nobis intelligat. Credimus enim in Trinitatem ejusdem essentia, potentia et deitatis, quamquam injuria sicut in aliis, hæc etiam in re nobis obtrahat.

καλῶς καὶ ἀληθῶς· καὶ περὶ ἡμῶν νοεῖται· εἰς Τριάδα ἓνα, εἰ καὶ ἀδίκως ἡμεῖς καὶ ἐν τούτῳ ὡς καὶ ἐν τοῖς

EPHES.

Et nos quidem cum Gregorio Nazianzeno † Filium a Patre causalitate distinguimus; isti vero cum Latinis causalitate illos conjungunt.

RESP.

Conjungimus Patrem et Filium natura et deitate ut Patrem et Filium, non causalitate. Alioquin ex verbis suis ipse quoque conjunget Filium et Spiritum sanctum, cum sit et dicatur uterque causatus. Unum est, obloqui vult, et causas rimatur quæcunque vult, imo vero quæcunque fingit. Quare ad minus necessaria multis demonstrationibus non indigemus.

† Idem iste auctor Gregorius protosyncellus in responsione ad confessionem Marci Ephesii, eidem Marco hæc eadem objicienti sic respondet: Nazianzenus vero ubi dixit: Omnia quæ Pater habet, sunt Filii præter causam, intulit: Omnia vero, quæ Filius habet, sunt Spiritus, præter filiationem: causam dicens ratione generationis, ut ipsemet explicat oratione prima *De theologia*: Filius enim, inquit, siquidem ut causam accipias Patrem, non est sine principio: nam Pater est principium, utpote causa. Itaque argumentum Ephesii æquivocatione laborat.

EPHES.

Et nos quidem cum venerabili Maximo et illorum temporum Romanis, et cum Patribus occidentilibus Filium non statuimus causam Spiritus sancti. Isti vero Filium secundum Græcos causam, secundum Latinos principium Spiritus in definitione, seu potius deformatione sua pronuntiant: honoranda quippe est a nobis hoc nomine, cum et formidinis pleni subscriptioni ejus assensum præbuerint.

RESP.

Debat sane vir præstantissimus integram epistolæ partem, exponere, quæ huc spectat; et non

σοὶ κληρὶ ζωῆς ἐστὶ· τούτῃσι παρὰ τῷ Πατρὶ· ὁ Υἱός· διὸ ὁ Λόγος πρὸς τὸν Θεόν, ὃς ἦν ἐν ἀρχῇ, καὶ ἦν πρὸς τὸν Θεόν. Ἄλλ' εἶπε τὸν Πατέρα ἐν τῷ-δέ τις τῷ χωρίῳ, εἶπε τὸν Υἱὸν νοεῖν κληρὶν, κληρὶν πάντων; νοοῦμεν οὐ τοῦτου τοῦ ὕδατος, ὅπερ κτίσις ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς θείας; ἐκείνης χάριτος, δηλαδὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· αὐτὸ γὰρ ἐστὶ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν. Καὶ Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος· ἐν τῷ *Περὶ Πνεύματος λόγῳ*, οὗ ἡ ἀρχή, Ὁ μὲν δὴ περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος τοιοῦτος, φησὶν· Ὁφθαλμὸν τινα καὶ κληρὶν καὶ πεταμὸν ἀνεύρησα, καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι. Εἰ οὖν δίδῃσι λέγομεν, διὸ κληρὶν ὁ Υἱός τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐκ κληρὶν τοῦ Πατρὸς κατὰ τοὺς ἱεροὺς· καὶ θεοῦ τούτους Πατέρας, ἐκβάλλομεν αὐτὸ τῆς θεότητος, ὡς αὐτὸς δισχυρίζεται, πάντως· ἀν καὶ αὐτὸς ἐκβάλλῃ τὸν Υἱὸν τῆς θεότητος; διὰ τὸ τὸν Πατέρα μόνον εἶναι κληρὶν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἄλλ' ὅπερ ἀν αὐτὸς ὡς ἀποκρινόμενος καὶ ἀποδοῦναμον καὶ Θεὸν ἄλλοις διασφύρει.

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν μετὰ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου † τῇ αἰτίᾳ διακρίνομεν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα· οὗτοι δὲ μετὰ τῶν Λατίνων τῇ αἰτίᾳ τούτους συνάπτουσιν.

ΑΠΟΛ.

Συνάπτομεν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τῇ φύσει καὶ θεότητι ὡς Πατέρα καὶ Υἱὸν, οὐ τῇ αἰτίᾳ. Εἰ δ' ὡς αὐτὸς λέγει, συνάψει καὶ αὐτὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, διὰ τὸ ἄμφω αἰτιατὰ εἶναι καὶ λέγεσθαι. Ἐν μόνον ἔρωμεν, διὸ βούλεται διασφύρειν, καὶ πολλὰς ἐνωσεὶ αἰτίας ὅσας καὶ βούλεται, μᾶλλον δὲ ὅσας ἀναπλάττει. Διὸ οὐδὲ πολλῶν ἀποδείξεων δεόμεθα εἰς τὰ μὴ ἀναγκαῖα.

† Αὐτὸς οὗτος Γρηγόριος ὁ πρωτοσύγκελλος· ἐν τῇ ἀπολογίᾳ πρὸς τὴν τοῦ Ἐφέσου ὁμολογίαν ἀπακρινόμενος πρὸς τοῦτό φησιν· Ὁ δὲ Θεολόγος εἰπὼν· Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, τοῦ Υἱοῦ, πλην τῆς αἰτίας· ἐπιφέρει· Πάντα δὲ ὅσα τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος, πλην τῆς υἰότητος· αἰτίαν λέγων ἐνταῦθα τὴν κατὰ τὸ γενεῖν, καθὼς αὐτὸς διασαφῆν ἐν τῷ λόγῳ *Περὶ δόγματος καὶ καταστάσεως ἐπισκόπων*· φησὶ γάρ· Ὁ δὲ Υἱός, τὰν μὲν ὡς αἰτίαν τὸν Πατέρα λαμβάνης, οὐκ ἀναρχός· ἀρχὴ γὰρ ὁ Πατήρ τοῦ Υἱοῦ, ὡς αἰτίας· οὐδὲν ἄρα συμπεραίνει ὁ Ἐφέσου, ὁμωνυμῆα χρησάμενός.

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ σεπτοῦ Μαξίμου καὶ τῶν τότε Ῥωμαίων καὶ τῶν δυτικῶν Πατέρων οὐ ποιῶμεν τὸν Υἱὸν αἰτίαν τοῦ Πνεύματος· οὗτοι δὲ κατὰ μὲν τοὺς Γραικοὺς αἰτίαν, κατὰ δὲ τοὺς Λατίνους ἀρχὴν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν ἐν τῷ ὄρω αὐτῶν ἀποφαίνονται· τιμᾶν γὰρ αὐτὸν οὕτω δίκαιον γράφοντας, ἔπει καὶ ὀρθωδοῦντες αὐτοὶ τούτῳ συνέθεντο.

ΑΠΟΛ.

Ἔδει γὰρ τὸν τιμιὸν ἄνδρα τοῦτον ὅλον ἐκθεῖναι τὸ μέρος· τῆς ἐπιστολῆς τὸ περὶ τούτου φάσκον.

καὶ μὴ τὸ μὲν διὰ τοῦ Υἱοῦ παραδραμεῖν, τὸ δὲ ἄλλο
 οὐκ αἰτίαν ποιῶντας τὸν Υἱὸν σφᾶς αὐτοῦ; ἀπί-
 δεῖσαν καὶ μόνον προκομίζειν. Ἄλλ' ἡμεῖς τὸ χω-
 ρίον ὅλον ἐκθήσομεν, ἵνα καὶ σαφεστέρᾳ γένηται
 ἡ δὴλωσις, ὡσαύτως καὶ ἡ ἀπάντησις. Φησὶ γάρ·
 Τῶν τοῦ νῦν ἀγιωτάτου πάππα συνδικαῶν οὐκ ἐν
 τοσοῦτοις ἡσίοις γεγράφατε κεφαλαιοὶ οἱ τῆς βασι-
 λίδος ἐπελάθοντο, δυσὶ δὲ μόνοις· ὧν τὸ μὲν ὑπάρ-
 χει περὶ θεολογίας, ὅτι τε, φησὶν, εἶπεν, ἐκπο-
 ρεύεσθαι καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ δ'
 ἄλλο περὶ τῆς θείας σαρκώσεως. Καὶ μετὰ πάνυ
 βραχεία· Καὶ τῷ μὲν πρώτῳ συμφώνου; παρήγα-
 γον χρήσεις Ῥωμαίων Πατέρων, εἴτι γε μὴν καὶ
 Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ
 εἰς τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἱερᾶς πραγματείας·
 ἐξ ὧν οὐ τὸν Υἱὸν αἰτίαν ποιῶντας τοῦ Πνεύμα-
 τος σφᾶς αὐτοῦς ἀπέδειξαν. Μίαν γὰρ ἴσασιν Υἱοῦ
 καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ
 γέννησιν, τοῦ δὲ κατ' ἐκπόρευσιν· ἄλλ' ἵνα τὸ δι'
 αὐτοῦ προίεναι δηλώσωσι, καὶ ταύτη τὸ συναφές
 τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσιν. Οὐκ
 εἶδει οὖν τὸν αἰδέσιμον ἄνδρα τοῦτον λέγειν τὸ, Ἐκ
 μόνου· Ἰσοῦ γὰρ προφανῶς καὶ ἐπιδήλως ὁ ἅγιος
 Μάξιμος μαρτυρεῖ, ὡς οἱ ἅγιοι Πατέρες οἱ τῆς
 Ἑσπέρας μετὰ καὶ τοῦ θεοῦ Κυρίλλου καὶ ἐκ τοῦ
 Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα θεολογοῦσιν.
 Εἰ οὖν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, δηλοῦν ὡς οὐκ ἐκ μόνου τοῦ
 Πατρὸς, ὡς αὐτὸς πολλάκις εἶρηκε. Περὶ δὲ τοῦ,
 οὐκ αἰτίαν τὸν Υἱὸν ποιῶντας, τουτέστιν οἷαν δ'
 Εὐνόμιος ἔλεγεν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδηλώ-
 σαμεν· καὶ γὰρ αἰτίαν κυρίως οἱ ἅγιοι τὴν ἀρχαι-
 δῆ καὶ προκἀταρκτικὴν εἰώθασι λέγειν, καθὼς καὶ
 ὁ Θεολόγος Γρηγόριος δηλοῖ ἐν τῷ εἰς τὸν κατὰ-
 πλων τὸν ἀπ' Αἰγύπτου, φάσκων οὕτως· Θεὸς ἐν
 τριοῖν ἴσταται τοῖς μεγίστοις, αἰτίᾳ, καὶ δημιουργ-
 ῶν, καὶ τελειοποιῶν, τῷ Πατρὶ λέγω καὶ τῷ Υἱῷ
 καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Τί οὖν, οὐκ αἰτίας ὁ Υἱὸς
 τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας; Πῶς οὖν φαμεν ἐν
 τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως, Δι' οὗ τὰ πάντα ἐγέν-
 ηστο; Ἄλλ' ὁ Θεολόγος καὶ ὁ Βασιλεὺς τὸ, αἰτίας,
 ἐπὶ μόνου τοῦ Πατρὸς ἔφησαν. Ἄλλ' οὐδὲ μάτην ὁ
 θεὸς Μάξιμος· τὸ, Δι' αὐτοῦ προίεναι, ἐπιφέρει·
 ἐπεὶ ἀδύνατον διὰ τοῦ Υἱοῦ προίεναι, καὶ μὴ καὶ
 τὸν Υἱὸν αἰτίαν ὑπάρχειν τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπο-
 ρεύσεως. Τοῦτο καὶ Γρηγόριος ὁ Νύσσης μάλα κα-
 λῶς βεβαίως ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου ἀντιβῆτικῷ ἀδ-
 τοῦ λόγῳ πρώτῳ, λέγων οὕτως· Εἰ μὲν οὖν χρονι-
 κὴν ἐμφασιν ὑπερετίθη τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑπο-
 στάσεως ὁ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ μόνῳ τῷ τῆς αἰ-
 τίας λόγῳ προθεωρῶν, εἰκότως ἂν ὁ τῆς ἀδιδίτη-
 τος ἡμῖν περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος ἐκινδυνεύετο. Καὶ
 μετὰ τινά· Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς,
 καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ εἶναι οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν
 ὑπαρξιν· οὕτω πάλιν τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ
 Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοία μόνῃ κατὰ τὸν αἰτίας
 λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστά-
 σεως. Καὶ Βασίλειος ἐν τῷ πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐν τῷ
 ις' κεφαλαιῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, Ὅτι ἀχώριστον ἐπι-
 πάσης ἐννοίας Πατὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα,

illud, Per Filium, præterire silentio; illas vero
 tantum vocas afferre, Ostenderunt a se Filium non
 statui causam Spiritus sancti. Ergo nos locum in-
 tegrum exponemus, ut res clarius intelligatur, et
 objectioni dilucidius respondeatur. Ait igitur : In
 synodis sanctissimi papæ, qui nunc præest,
 litteris non tot capita, ut scripsistis, regniæ urbis
 incolæ notarunt, sed duo tantum; quorum alterum
 ad divina spectat, quod Spiritum sanctum aiunt
 etiam ex Filio procedere dixerit, alterum vero ad
 incarnationem. Et paucis admodum interjectis :
 Et in primum quidem consonas Romanorum Patrum
 attulere sententiæ, nec non Cyrilli Alexandrii
 ex sacris ejus in Joannem commentariis; per
 quas evidenter ostenderunt, sese non statuere Fi-
 lium Spiritus sancti causam (unam quippe norant
 causam Filii et Spiritus Patrem, illius per genera-
 tionem, hujus per processionem), sed voluisse si-
 gnificare Spiritum produci per Filium; et hæc
 ratione probare essentia nulla cum varietate
 communionem. Non ergo debet egregius hic vir
 usurpare vocem, Ex solo. En quippe sanctus
 Maximus aperte palamque testatur, sanctos Patres
 Occidentales una cum sancto Cyrillo asserere Spiritum
 sanctum etiam ex Filio procedere; quod si etiam
 ex Filio, constat, non ex Patre solo, quod sæpe di-
 etum ab ipso est. Porro autem voces illæ, sese Filium
 non statuere causam, intelligendæ sunt de causa qua-
 lem ponebat Eunomius, quemadmodum declaravi-
 mus. Causam enim proprie primordiale sancti Pa-
 tres nuncupare solent, ut Gregorius Nazianzenus do-
 cet oratione ad eos qui ex Ægypto adnavigarunt,
 his verbis : Deus in tribus hisce maximis subsistit,
 causa, creator et perfectore, Patre, Inquam, et Fi-
 lio, et Spiritu sancto. Anne igitur Filium non erit au-
 ctor creationis mundi? Quomodo ergo in hæc confes-
 sione dicimus : Per quem omnia facta sunt? Verum
 Nazianzenus et Basilius causæ nomen soli Patri tri-
 buunt. Nec vero frustra divinus Maximus infert
 verba illa, Per ipsum produci; cum impossibile sit
 per Filium procedere, quin sit et ipse Filius causa
 processionis Spiritus. Hoc idem egregie admodum
 confirmat etiam Gregorius Nyssenus prima sua
 oratione inter eas, quibus confutat Eunomium, per
 hæc verba : Nam si spatium temporis ante perso-
 nam unigeniti statueret, qui Patrem Filio præintel-
 ligit sola causæ prioritare, jure profecto nobis Filii
 æternitas periclitaretur. Et paulo post : Quemad-
 modum enim conjunctus est Patri Filius, nec est
 illo posterior, quod ab ipso sit: ita et Spiritus
 sanctus Unigenitum sequitur, sola mentis conside-
 ratione antecedente Filio hypostasim Spiritus ra-
 tionis causalitatis. Et Basilius in libro ad Amphi-
 lochium, capite decimo sexto, cui titulus : Quod
 inseparabilis sit Spiritus sanctus a Patre et Filio in
 quovis rerum conceptu. Comprehende, inquit, animo
 Patrem, rerum quæ sunt primordiale causam,
 creatricem Filium, perfectricem Spiritum sanctum.
 Hi omnes causalitatem referunt ad Patrem, cum

Filius etiam horum omnium causa sit : aut certe neque, in his dictis Filio tribui causam, et corrigant errorem errore. Sed clariora sunt dicta illa sanctorum, quibus ex Filio etiam dicitur esse Spiritus sanctus, quæ sanctus Maximus agnoscit, essentia Filium esse causam non aliam a Patre ; nam quidquid habet Filius, naturaliter a Patre habet. Ita sanctus Cyrillus in illud Joannis, *Et ego rogo Patrem*, Bona, inquit, naturalia Dei Patris, cum essentialiter communia sibi Filius habeat, habet etiam Spiritus ea ratione, qua Pater illum habere intelligitur, non ascititium, aut extrinsecus advenientem, stulti enim, aut potius insani fuerit ita sentire, sed quemadmodum unquam nostrum suum in seipso continet spiritum, et ex intimis visceribus foras emittit : nam propterea etiam corporaliter insufflavit Christus, ut ostenderet, ita ex divina essentia divino modo effundi, quod ex ipsa est, quemadmodum ex ore humano spiritus corporeus exhalatur. Cum igitur Spiritus sit Dei Patris et Filii, cur non eadem sit illis potestas, sive conjunctum, sive separatim intelligantur ? Pater enim est Pater, non Filius, et Filius non Pater, sed Filius. Attamen Pater in Filio, et Filius in Patre. Item sanctus Cyrillus exponens illud Joelis propheta, *Effundam de Spiritu meo* 23, Nam quæ, inquit, Filius Deus est, et ex Deo naturaliter ; hatus enim est de Deo Patre ; proprius ipsis, et in ipso, et ex ipso est Spiritus, non secus ac de ipso Deo Patre intelligitur. Et beatus Leo papa primo in Pentecosten sermone, qui incipit : *Hodiernam solemnitatem, dilectissimi, hæc habet : Cum Spiritus sanctus Patris Filiique sit Spiritus, non sicut quæcunque creatura, quæ et Patris et Filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens, et sempiternus, et ex eo quod est Pater Filiusque, subsistens.*

καὶ Πατρός. Καὶ ὁ μακάριος Δέων ὁ πάππας ἐν τῷ σήμερον πανήγυριν, ἀδελφοὶ ποθεινότατοι, αὐτῷ Πνεῦμα ὄν, οὐχ ὡς τῶν κτισμάτων, ἀπὸ Πατρός εἰσι καὶ Υἱοῦ ἀλλ' ὡς μετ' ἀμφοτέρων ζῶν καὶ δυνάμενον, καὶ ἀδίδως ἐκ τούτου ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, ὁμοιότατον.

Et sanctus Hilarius in sermone, qui legitur post Pentecosten, die festo sanctæ Trinitatis, ita loquitur : *Credimus in sanctam Trinitatem, hoc est Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, unius essentiæ, unius naturæ, unius potestatis, opificem creaturarum omnium ; ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia ; Patrem a se ipso, non ab alio ; Filium ex Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non duo lumina, sed unum lumen ; Spiritum sanctum a Patre et Filio equaliter procedentem. Et beatus Augustinus quinto de Trinitate, sic ait : Si ergo et quod datur, in principium habet eum, a quo datur ; quia non aliunde accepit illud, quod ab ipso procedit, sciendum est Patrem et Filium principium esse Spiritus sancti, non duo principia. Sed sicut Pater et*

φρσίν· Ἐνώθησάν μοι τὴν προκατάρατικὴν αἰτίαν τῶν γινομένων τῶν Πατέρα, τὴν δημιουργικὴν τῶν Υἱῶν, τὴν τελειωτικὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὗτος γὰρ πάντας τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀναφέρουσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς αἰτίας τούτων ἀπάντων ἐστίν· ἢ ἀρνησάμεσάν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων τὴν αἰτίαν, καὶ κακῶ τὸ κακὸν διορθώσωσάν. Καὶ ἐτι δηλοῦσάι μάλιστα ἀσφέτερον τὰ τῶν ἁγίων βητὰ τὰ παρακτώμενα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀ καὶ μάξιμος ὁ θεὸς· διαβεβαῶν, ὅτι καὶ αἰτίαν λέγοντα τὸν Υἱὸν παρὰ τὸν Πατέρα· καὶ γὰρ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς φυσικῶς, ἐκ τοῦ Πατρός λαβὼν ἔχει. Φησὶ γὰρ ὁ θεὸς Κύριλλος ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εἰς τὸ βητόν τὸ, *Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα· τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσώδως ὑπάρχων κοινωνὸς ὁ Υἱός, ἔχει καὶ τὸ Πνεῦμα κατὰ τούτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ ἀν νοοῖτο καὶ ὁ Πατὴρ, οὐκ ἐπακτόν, ὡς ἐξ ἑαυτοῦ· εὐθεὺς γὰρ, μᾶλλον ἐκ μανικῶν ἐδ οὕτω φρονεῖν· ἀλλ' ὡς περ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγγνων εἰς τὸ ἐξω προχέει· διὰ γὰρ τοῦ τούτου καὶ σωματικῶς ἐκπεφύσκει ὁ Χριστὸς, δεικνύς ὅτι καθὼς περ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπίνου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης οὐσίας θεοσωπεπῶς προχέεται τὸ ἐξ αὐτῆς. Ὅτι τοίνυν αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ τε Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστὶ καὶ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐχὶ πάντως μίαν ἐξουσίαν τὴν ἐξουσίαν διηρημένως τε ἅμα καὶ συννημένως ; Πατὴρ γὰρ ὁ Πατὴρ καὶ οὐχὶ Υἱός, καὶ Υἱὸς ὁ Υἱὸς καὶ οὐχὶ Πατὴρ· πλὴν ὁ Πατὴρ ἐν Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν Πατρί. Ὁ αὐτὸς θεὸς Κύριλλος ἐν τῇ ἐρμηνείᾳ εἰς τὸν προφήτην Ἰωὴλ τοῦ, *Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος μου, οὕτω φησὶν· Ἡ μὲν γὰρ ἐστὶ θεός, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱός, γαγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρός, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐστὶ, καθὼς περ ἀρραῖαι καὶ ἐκ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ* εἰς τὴν Πεντηκοστὴν πρώτῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, τὴν φησὶ· Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρός καὶ Υἱοῦ*

καὶ ὁ ἅγιος Ἰάριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν ἀναγινωσκομένου ἐν τῇ ἰσορῇ τῆς ἁγίας Τριάδος οὕτω φησὶ· Ἰκατεύομεν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα, τοῦτέστι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕνα Θεὸν παντοδύναμον, μίαν οὐσίαν, μίαν ὑπόστασιν, μίαν ἐξουσίαν, δημιουργὸν πάντων τῶν κτισμάτων· ἐξ οὗ πάντα, δι' οὗ πάντα, ἐκ ὧ πάντα· Πατέρα ἀπ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἀπ' ἑτέρου· Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρός, γεννητὸν, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, φῶς ἀληθινὸν ἐκ φωτός ἀληθινοῦ, οὐ μὴν δύο φῶτα, ἀλλ' ἐν φῶς· Πνεῦμα ἅγιον παρὰ Πατρός καὶ Υἱοῦ ἐπίσης ἐκπορευόμενον. Καὶ ὁ μακάριος Ἀβγουστίνος ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Τριάδος τοιάδε φησὶν· Εἰ κοῖνον καὶ ὁ δίδεται ἀρχὴν ἔχει τούτον, ἀπ' οὗ δίδεται, καὶ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν ἐλασεν ὁ παρ' αὐτοῦ ἐκπορευόμενος, ὁμοιογενέος ἐστὶ τῶν

Joel ii, 28.

Πατέρα και τὸν Υἱὸν ἀρχὴν εἶναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐ δύο ἀρχάς· ἀλλὰ καθάπερ ὁ Πατήρ και ὁ Υἱὸς εἰς Θεός, και πρὸς τὴν κτίσιν ἀναφορικῶς εἰς κτίστης και εἰς Κύριος, οὕτως ἀναφορικῶς πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μίαν ἀρχὴν, καθάπερ πρὸς τὴν κτίσιν ὁ Πατήρ και ὁ Υἱὸς και τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Κύριος.

Δείκεται σαφῶς, ὅτι αἱ χρήσεις, αἱ μαρτυροὶ ὁ Θεὸς Μάξιμος, και τὸν Υἱὸν ἄκτιον τῆς τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως μαρτυροῦσιν. Ὅτι δὲ διὰ τῶν δύο ῥῆ λέγει· τιμῶν τὸν ὄρον (ὄρων γὰρ, φησί, τιμῶν κούτων δίκαιον· και τὰ ἐξῆς), πρῶτον μὲν θαυμάζω τὴν τοῦ ἀνδρός εὐλάβειαν, και ὅτι οὐκ οἶδεν ἕσον τιμῆς ἕξιον τὸ θεῖον ὄνομα. Εἰ γὰρ τὰ ὑπὸ τοῦ Δαθάν και Ἀβειρών κατασκευασθέντα εἰς ὑπουργίαν και λατρείαν Θεοῦ ὁ θεόκτης Μωϋσῆς οὐκ ἠθέλησε κοινὰ εἶναι, διὰ τὸ ἀπαξ εἰς ὑπουργίαν Θεοῦ και λατρείαν· ὀνομασθῆναι· τοῦτο γὰρ και ὁ Θεὸς τῷ θεράποντι αὐτοῦ ἐνετέλειτο· αὐτὸς ἐν τῷ ὄρον τὸ τοῦ Θεοῦ φησὶ τὸν ὄνομα περιέχοντι Πατρός και Υἱοῦ και ἁγίου Πνεύματος κολλαχῶ μὴδ' ἄλλως εὐλαβηθεὶς ποιεῖαυτα ἐραύεται· Ἄλλ' ἡμῖς πάντοθεν τὸ σεμνὸν περιποιούμενοι ἐν ταῖς ἀπολογίαις, ἀναπολόγητον τοῦτο εἴωμεν, ὥσπερ και τέλλα, ἕπερ ἐπὶ θυμοῦ και ὀργῆς, αἷς εἰσι, κινούμενος λέγει, μὴδ' ἄλλως διὰ τῶν ἐλέγγων ἀπαντῶν βουλόμενοι· μόνην γὰρ τὴν ἀλήθειαν φανεροῦν ἐθέλοντες, τέλλα παρορῶμεν, ἅπερ οὐ πρὸς αὐτὴν φέρουσιν, ἀλλὰ πρὸς μόνην ἐπίδειξιν.

ΕΦΕΕ.

Και ἡμεῖς μὲν μετὰ τοῦ φιλοσόφου και μάρτυρος Θεοδοσιου, ὡς ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρός, οὕτως και τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός λέγομεν· οὗτοι δὲ μετὰ τῶν ἡατιῶν τὸν μὲν Υἱὸν ἀμέσως, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐμμέσως ἐκ τοῦ Πατρός λέγουσι. Και ἡμεῖς μὲν μετὰ τοῦ Λερασκηνοῦ και πῶν Πατέρων ἀπάντως τὴν εὐποράν τῆς γενήσεως· και ἐκπερασεως· ἀγοεῖν ἐμολογοῦμεν· οὗτοι δὲ μετὰ τοῦ Θωμᾶ και τῶν ἡατιῶν τῷ ἐμμέσῳ και ἀμέσῳ διαφέρειν φασὶ αἰς πρόθεως.

ΑΠΘΑ.

Και ἡμεῖς ἐκ τοῦ Πατρός λέγομεν τὸν Υἱὸν και τὸ Πνεῦμα, κλην τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως, ὡς αὐτὸς κλην ὁ ἅγιος, κλην αὐτὸς τοῦτο παρέδραμεν. Εἰ γὰρ και ἀμφοτέρων ὁ Πατήρ ἀκτίως ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἐστὶ κατὰ γέννησιν, τοῦ δὲ κατ' ἐκπέρευσιν· και τοῦ μὲν ὡς γεννήτωρ, τοῦ δὲ ὡς προσθελεύς· και τοῦ μὲν προσεχῶς και ἀμέσως, δηλαδὴ τοῦ Μοῦ ἐκ τοῦ Πατρός, τοῦ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ Πατρός, τοῦτοστιν ἐμμέσως και διὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦτοστιν τοῦ Πνεύματος. Κα. ταῦτα μαθόντες οὐ παρὰ ἡατιῶν, ὡς αὐτὸς φησιν, ἀλλὰ ἀμφοτέρω ἐπὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων. Και ὁ μὲν Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, τὸ τῆς ἐκπέρευσεως διάφορον, φησὶ, διάφορον· και τὴν κλησιν πεποιήκεν. Ὁ δὲ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάδιον λόγῳ φησὶ· τὸ μὲν γὰρ ἐστὶ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου,

A Filius unus Deus, et ad creaturam relative unus creator et unus Dominus : sic relative ad Spiritum sanctum unum principium : ad creaturam vero Pater et Filius et Spiritus sanctus unum principium, sicut unus creator et unus Dominus.

ἀρχὴ μία εἶσιν, ὥσπερ εἰς δημιουργὸς και εἰς

Perpicue ostensum est, dicta sanctorum, quibus sanctus Maximus dat testimonium, etiam Filio tribuere causalitatem subsistentis Spiritus. Quod vero definitionem quæ ἕρος Græce dicitur, honorandam esse ait per duplex pp. scribendo ὄρον, hoc est extremam causam (ita enim, inquit, illam honorari æquum est, etc.), primum quidem miror pietatem hominis; quodque ignoret, Dei nomen quantum sit in honore habendum. Nam si vasa a Dathan et Abiron conflatæ ad ministerium et cultum Dei, Moyses illi divino aspectu dignatus noluit esse communia, quod somel fuerint Dei ministerio et cultui dicata (ita enim Deus ipse famulo suo mandaverat), quomodo vir iste in definitionem, quæ continet et sæpe repetitæ formidabile Dei nomen, Patris et Filii et Spiritus sancti, nihil veritus talia eructat? Verum nos respondendo, ubique modestiam sectantes, nihil ad hoc didimus, et ad alia quoque ab ipso per hilem plane et iracundiam prolata, quæ redarguere non est in animo: solum quippe veritatem defendere volentes, cætera parvipensimus quæ non extendant, sed ostentationem præ se ferunt.

ΕΦΗΕ.

C Et nos quidem cum Justino philosopho et martyre dicimus : Quomodum ex Patre Filius, ita etiam ex Patre Spiritus ; isti vero cum Latinis Filium quidem immediate, Spiritum vero ex Patre mediate asserunt. Et nos quidem cum Damasceno et cunctis Patribus differentiam generationis et processionis ignorare scemur ; isti vero cum Thoma et Latinis mediatone et immediatione hanc differre aiunt productiones.

ΕΦΕΠ.

Nos quoque Filium et Spiritum ex Patre dicimus, diverso tamen subsistendi modo, ut ipsemet sanctus exprimit, licet iste hoc transilierit. (18). Etsi enim Pater est causa utriusque, tamen illius per generationem, hujus vero est per processionem : et illius quidem ut genitor, hujus vero ut productior : et illius quidem proximo et immediate, scilicet Filii ; hujus vero per illum qui proximo ex Patre est, hoc est, mediate, et per Filium, sancti videlicet Spiritus. Et hæc ipsi non a Latinis didicimus, ut iste ait, sed utrumque ab Ecclesie doctoribus. Nam Gregorius Nazianzenus (19), Diversus, inquit, productionis modus diversam quoque appellationem fecit. Et Gregorius Nyssenus, in tractatu ad Ablabium. Ille enim est, inquit, proximo a primo ; hic vero per illum qui proximo est a pri-

(18) In Expositione fidei.

(19) Orat de Spiritu sancto.

mo : ut certa maneat et Filio ratio unigeniti, et Spiritus ex Patre sine dubio sit ; nam quia Filius medius est, et sibi rationem unigeniti integram servat, et Spiritui naturalem cum Patre conjunctionem non adimit. Cyrillus quoque, in *Thesauris*, Generat, inquit, Filium Pater nullo assistente intermedio. Idem rursus in illud, *Omnia per ipsum facta sunt*, intelligimus, inquit, Patrem simul cum Filio existere propter invariabilitatem essentie, summamque inter illos absque ullo medio habitudinem. Magnus præterea Athanasius, sermone contra Arianos, cuius initium tale est : Ariani, ut videre est, cum semel statuerint, Non, inquit, Spiritus conjungit Patri Verbum, sed potius a Verbo Spiritus hoc accipit. Et sanctus Basilius, sermone secundo contra Eunomium, Ut enim, ait, stulta esset interrogatio, si quis, an sit aliquid ingenito principioque carente, Patre antèrius, quæreret : ita hic etiam si quis de eo quærat, qui coæternus Patri est, inter quem et genitorem nihil intervenit medium. Hos igitur sæculi doctores utrumque affirmamus ; et si reprehendere nos vult, reprehendat adhuc. Certe digniores et ipse et alii testes habebunt, quos ipsi proferimus, quam dicta sua et ipse et alii. Propterea vocas illas *mediate*, et *immediate*, apte admodum vereque usurpamus, sequentes doctrinam sanctorum, quamvis ipsi non probentur.

EPHES.

Et nos quidem increatæ et divinæ naturæ increatam dicimus et voluntatem et operationem, ut Patres docent : isti vero cum Latinis et Thoma voluntatem quidem ideam esse dicunt atque essentiam, sed divinam operationem creatam asserunt, sive illa nuncupetur deitas, sive divinum et immateriali lumen, sive Spiritus sanctus, sive quiddam aliud ejusmodi. Atque ita deitatem creatam, et creatum hominem divinum, et creatum Spiritum sanctum colunt improbe creaturæ.

RESP.

Nos et Latini ex sanctorum Patrum et Gregorii Nazianzeni doctrina (quem fidei stabilimentum vocant ; et jure quidem optimo, propter eminentem scientiam dogmatumque altitudinem) profitemur cum hæc, quæ profert in oratione, quam discodens Constantinopoli habuit his verbis : Creatura igitur Dei vocatur, nam hoc etiam nobis magna res est ; Deus autem minime. Aut certe tunc admittam rem creatam esse Deum, cum et ipse suero proprie Deus. Res enim ita se habet. Si Deus est, creatura non est ; nostri enim ordinis est creatura, qui dil non sumes ; si vero creatura, Deus non est, habuit enim initium temporis ; quod autem habuit initium temporis, aliquo tempore non erat. Quod vero tale est, ut non esse sit illo antiquius, hoc non est proprie dictum ens. Quod autem non est proprie dictum ens, quomodo fuerit Deus ? Nulla igitur ex tribus personis creatura est ; neque quod pejus est, facta propter me ; ne non solum creatura, sed

τὸ δὲ διὰ τοῦ προσώχῳ ἐκ τοῦ πρώτου ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀκωροῦθλον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτίας καὶ ἀκωροῦ τὸ μονογενὲς φυλαττώσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀκωροῦσης. Ὁ δὲ Κύριλλος ἐν τοῖς *Θησαυροῖς* φησι Ἐγενῆ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀκωροῦτως. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εἰς τὸ βῆτον τὸ, *Ἦδὲτα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, φησί Ἐγενῆται τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα νοῦμην διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας, καὶ ἀκωρον προσώχῳ τε καὶ ἀκωσον αὐτοῦ. Καὶ Ἀθανάσιος ὁ Μέγας ἐν τῷ κατὰ Ἀρειομανιῶν, οὐ ἡ ἀρχῆ. Οἱ Ἀρειομανιῆται, ὡς εἶπες, κριναντες, φησὶν Ὁὐ τὸ Πνεῦμα συνάπτει τὸν Λόγον τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου τοῦτο λαμβάνει. Καὶ ὁ θεὸς Βασίλειος ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου φησὶν Ὁὐ γὰρ ἐκείνο ἀνόητον τὸ ἐρώτημα, ἐπὶ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζητεῖν τὸ ἐνώτερον, οὕτως καὶ ἐναρῆθα ἐπὶ τοῦ ἀδελφῶ τῷ Πατρὶ συνέντας, καὶ οὐδὲν ἔχοντος μέσον ἀκωροῦ τε καὶ τοῦ γεννήσαντος. Τούτους οὖν ἡμεῖς ἔχοντες δοκωοκάλους ἀμφοτέρωτα ταῦτα λέγομεν καὶ εἰ θέλει ἐγκωλῆν ἡμῖν, εἰ ἐγκωλῆται. Ἀξιοκωστοτέρους γὰρ νομῆται καὶ αὐτὸς καὶ πάντες εὐς ἔχομεν μάρτυρας, ἡ τὰ αὐτῶ αὐτὸς τε καὶ πάντας. Διὰ τοῦτο τὸ ἀκωροῦ καὶ ἀκωροῦς λίαν κωλῶς λέγομεν καὶ ἀληθῶς, καὶ ὡς θεολογοῦσιν οἱ ἄγιοι, κῶν αὐτὸς ἀκωροῦσι καὶ.

EΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν τῆς ἀκωροῦ καὶ θείας φύσεως ἀκωροῦ καὶ τῆς θελήσειν καὶ τῆν ἐνέργειαν εἶναι φεμεν κατὰ τοὺς Πατέρας ὅστις δὲ κατὰ Λατίνων καὶ τοῦ Θεοῦ τῆν μὲν θελήσειν ταυτὸν τῆ οὐσίῳ, τῆν δὲ θεῆαν ἐνέργειαν κωροῦ εἶναι λέγουσι, κῶν τε θεότης ἐνομῆζοιτο, κῶν τε θεῶν καὶ ἀδύλον φῆς, κῶν τε Πνεῦμα ἄγιον, κῶν τε τι τοιοῦτον ἔτερον καὶ οὕτω κωροῦ θεότῳ, καὶ κωροῦ θεῶν φῆς. Καὶ κωροῦ Πνεῦμα ἄγιον τὰ κωροῦ κωροῦσεσι κῶροῦ φεμεν.

ΑΠΟΑ.

que sententiæ declaratione? Atqui divinus Christi discipulus scriptum reliquit: *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti eos rationem de ea quæ in vobis est spe*¹. Qui ergo hoc vult facere, nihil utique novi mollitur, nec fidel expositionem innovare reprehenditur, sed potius eam quam de Christo habet fidem interrogantibus prospiciam reddit. Audivi præterea veritatis hostes piissimorum episcoporum concordiam ægerrime ferre, et rursum ac deorsum miscere omnia atque jactare, confessionis, quam illi de recta fide, nihil, ut dixi, innovantes, hoc est, nihil ad ea quæ olim constituta sunt, adjicientes, sed potius inculpatis sanctorum Patrum dogmatis adherentes, ediderunt, sensum et vim cum impiis suis commentis congruere. » Cum id itaque approbet, et ut fiat synodus adhortetur, quomodo nonnulli affirmant, a tertia synodo prohibitioni factam? Quin et sanctus Gregorius, cui a theologia nomen est, ad Cledonium ita scribit: « Nos fidei Nicææ editæ a sanctis Patribus, qui eo convenerant, ad Arianam hæresim profligandam nihil unquam anteposuimus, nec anteponeere possumus, sed illius fidel divina gratia, quod non integre de Spiritu sancto dictum est, integrum faciemus. » Quod admirabilis interpret Elias Cretensis ita exponit: « Corpore siquidem dictionum omissum fuerat, at anima, quæ sententiæ sunt, nusquam. Quapropter sanctus, non omissum, sed non integre dictam corporis dictione integrans, absolvens scilicet et conformans, enuntiavit. » Sed et sexcenti triginta Patres in sancta et œcumenica quarta synodo in allocutione ad imperatorem hunc in modum decernunt: « Si quis autem censet, hucusque consistendum illis esse, qui fidem pro facultate defendere cupiunt, maxime quidem hoc præceptum hæreticis promulgare debebit, illos ab impugnatione removens, non avertens a protectione pastores. Omnis etenim lex improbis hominibus delicta prohibet, non potestatem iudicibus admittit. Alias autem doceantur, nunc quoque licere, ut ambiguitate exorta, Patrum interpretationibus nostram confessionem adjungere, tanquam qui in nullo discordem intelligentiæ eorum deferimus sententiam. » Sed hoc sanctorum ac beatorum Patrum decretum nullam iis qui contentiones ac dissidia amant, tergiversandi ansam reliquit, tanquam quod seipsum aperte interpretetur, et hæsitaciones universas ac dubia tollat, et ad imperatorem veluti lex et statutum missum sit. At enim: « Alias autem doceantur, nunc quoque licere, ut, ambiguitate exorta, Patrum interpretationibus nostram confessionem adjungere, » etc. Sed hæc in presentis satis sint, ut plane id aperiat, nos nunquam divinos terminos prætergressos fuisse. Neque enim iustum est neque piium, illos neglecti habere, quos totis viribus amplecti servareque debemus; et fidem aliam, veluti contrariam non tantum excutere, sed rejicere etiam et anathema-

¹ 1 Petr. III, 15.

δύναμιν ἐμφανίζοντες; Καίτοι γέγραπεν ὁ θεοπίσιος μαθητής· Ἔτοιμοι δεῖ πρὸς ἀπαλογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. Ὁ δὲ τοῦτο ὄραν ἡργημένους, καινοουργῶν μὲν οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ πίστει ἐκθεοῖν ὄραται καινοτομῶν, ἐναργῆ δὲ μᾶλλον καθίστησι τοὺς ἐρομένους αὐτῶν, ἦν καὶ αὐτὸς πίστει ἔχει περὶ Θεοῦ. Ἐκυθόμην δὲ πρὸς τοῦτοις, ὅτι ταῖς τῶν θεοσεβούντων ἐπισκόπων ὁμοφυλίαις οὐ μετρίως ἐπιστυγάζοντες τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἄνω καὶ κάτω διακυκῶσι· τὰ πάντα, καὶ τοὺς ἀνοσίους αὐτῶν εὐρήμασι συμβῆναι φησι· τῆς παρ' αὐτῶν γενομένης ὁμολογίας τὴν δύναμιν ἦν ἐπὶ τῇ ὁρθῇ πεποιήται πίστει, καινοτομοῦντες, ὡς ἔφην, ἥως προσπαθόντες τοὺς κάλαι διωρισμένους τὸ σὺμπαν οὐδὲν, ἐπόμνηοι δὲ μᾶλλον τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἀνεπιλήτοις δόγμασι. » Τῆς ἁγίας οὖν τοῦτο μάλιστα προσεποῦσης συνόδου, πῶς φασί τινες, ὅτι ἀπὸ τῆς τριτῆς συνόδου τὸ κώλυμα γέγονεν; Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος πρὸς Κληδόμιον οὕτω γράφει· « Ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἰρέσεως οὐδὲν οὔτε προσημασμένον ποτε, οὔτε προτιμῶν δυνάμεθα, ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ καὶ ἰσόμεθα, προσδιαρθρῶντες τὸ ἑλλειπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ὅπερ ὁ θαυμάσιος ἐξηγητὴς ὁ Ἠλίας Κρήτης ἐν ταύτῃ φησὶ τῇ περιχοπῇ· « Τῷ μὲν γὰρ σώματι τῶν λέξεων παρελείπειτο, τῇ δὲ ψυχῇ λέγω δὴ τὰ τῶν νοημάτων οὐδαμῶς. Διὸ καὶ ὁ ἅγιος οὐ τὸ παρελείπειμένον, ἀλλὰ τὸ ἑλλειπῶς εἰρημένον τοῦ σώματος λέξει διαρθρῶν, ἦτοι ἐξακριβοῦν, καὶ διαμορφοῦν ἐπηγγεῖλαιτο. » Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ-κόσιοι τριάκοντα Πατέρες οἱ ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ ὀικουμένην τετάρτῃ συνόδῳ ἐν τῷ πρὸς βασιλέα Προφωνητικῷ οὕτω θεοπίστουσι· « Εἰ δὲ τις μέχρι τοῦ στήναι τοὺς πίστει συνηγορεῖν βουλομένους; προστάττει τὴν ἀδειαν, μάλιστα μὲν τοῖς αἰρετικοῖς τοῦτο νομοθετεῖτω τὸ πρόσταγμα. Ἐκείνους καύσῃ τῆς ἀδικίας, μὴ τοὺς ποιμένας τῆς ἀντιλήψεως. Πᾶς γὰρ νόμος τοὺς ποιητοὺς ἀπαγορεύει τὴν ἀμαρτίαν, οὐ τοὺς χριτὰς; ἀπέργει τῆς ἐξουσίας. Ἄλλω; τε μανθανέτωσαν, ὡς καὶ νῦν ἔξεστιν, ἀμφισθητήσεως ἀναφύσει; τὰς τῶν Πατέρων ἐρμηνείαις, τὴν ἡμετέραν ἐπισυνάπτειν ὁμολογίαν, ὡς οὐκ ἀπέθον τῆς ἐκείων δεινοῖς; ἐπιδικαινώμεθα φρόνημα. » Ἀλλ' αὕτη ἡ τῶν θείων καὶ μακαρίων Πατέρων ἀπόφασις οὐδεμίαν κατέλιπε πρόφασιν τοῖς ἐθέλουσι φιλονικεῖν καὶ ἐρεθίζειν, ὡς αὐτεγήγητος οὖσα, καὶ μηδεμίαν ἀμφισθητήσιν καταλιπούσα, καὶ ὅτι ὡς νόμος καὶ ἀπόφασις πρὸς τὴν βασιλέα ἀπεστάλη. Φησὶ γὰρ, « Ἄλλως τε μανθανέτωσαν, ὡς καὶ νῦν ἔξεστιν, ἀμφισθητήσεως ἀναφύσει; τὰς τῶν Πατέρων ἐρμηνείαις, ἐπισυνάπτειν τὴν ἡμετέραν ὁμολογίαν. » καὶ τὰ ἐξῆς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον νῦν, ὡς διατρανούτων ἀληθῶς, ὅτι οὐ παρείδομεν τοὺς θείους δρους ποτε. Οὐδὲ γὰρ δσιον, οὐδ' εὐσεβῆς αὐτοῦ; παροφῆν, ἀλλ'

ὄση δύναμις αὐτοῦ ἀσπάζεσθαι τε καὶ φυλάττειν, καὶ τὴν ἑτέραν πίστιν ὡς ἐναντίαν οὐ μόνον ἀποσεῖσθαι, ἀλλ' ἀπορρίπτειν καὶ τῷ ἀναθέματι παραπέμπειν, τὴν δὲ ἀληθῆ καὶ προσείσθαι κατὰ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Μάξιμον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἁγίους, καὶ τοὺς ἑξακοσίους καὶ τριάκοντα Πατέρας τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπισυνάπτειν ὁμολογίαν, τὴν ἀληθῆ πίστιν, εἰπερ μάλιστα ταῖς τῶν ἁγίων ἐξακολουθοῦμεν γνώμαις καὶ ἀποφάσεσι, καὶ πάντα τὰ κοινῇ δεδογμένα φυλάττειν. Οὐ γὰρ ἔξεστιν ἑκάστῳ καινουργεῖν, μᾶλλον δὲ καινοτομεῖν. Εἰ δὲ ἐκ τῶν Πατέρων τῶν ἱερῶν καὶ διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶ τὰ προστιθέμενα, κατ'τῆ κοινῇ κρίσει ὀρίζονται, οὐδὲν τὸ κωλύον. Καὶ τοῦτο Βασίλειος ὁ θεῖος πρὸ τῆς δευτέρας συνόδου ὤριστο, ὅτι « Πίστιν ἡμεῖς παρ' ἄλλου γραφομένην ἡμῖν νεωτέραν οὐ παραδεχόμεθα. » Καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ πολῦταλας περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διασαφεί, ὡς θεσπίζει αὕτη « ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ μόνῃ. » Ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία δευτέρα σύνοδος θαρβρόντως προσέθηκε, καὶ καλῶς ὤριστο ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος, καὶ μετὰ τὴν τρίτην οὖσα, ὡς χρείας γενομένης τὴν ἡμετέραν ἐπισυνάπτειν ὁμολογίαν ταῖς τῶν Πατέρων ἐρμηνείαις.

17. Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγομεν ἀπλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἀπολελυμένως, ἵνα μὴ τῇ δόξῃ τοῦ Εὐνομίου περιπέσωμεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὑπαρξίν ἔχειν. Ἦν γὰρ ἂν ἀρχικὸν αἴτιον ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχ ὁ Πατήρ, ὡσπερ ὁ θεῖος ἑκατοστής Εὐνόμιος ἔφασκε, καθὼς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἐκείνου ἐλέγχοις ἐν δευτέρῳ λόγῳ τῶν Ἀντιρρήσιων φησιν « Ἐκεῖνο δὲ τίτι τῶν ἀπάντων ἄβηλον, ὅτι οὐδεμίαν τοῦ Υἱοῦ ἐνέργειαν ἀποτελεμένην ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, οὐδὲ ἐστὶ τι ἐν τοῖς οὐσι τῷ Υἱῷ ὑπάρχον, ὃ τοῦ Πατρὸς ἠλλοτριῶται; Πάντα γὰρ, φησὶ, τὰ ἐμὰ σὰ ἐστὶ, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ. Πῶς οὖν τοῦ Πνεύματος τὴν αἰτίαν τῷ Μονογενεῖ προσέθῃσι μόνῳ, καὶ κατηγορήμα τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν τοῦτου λαμβάνει δημιουργίαν; » Διὸ καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνός, « Ἐκ τοῦ Υἱοῦ, φησὶ, τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν. » Δι' Υἱοῦ δὲ ὁμολογεῖ καὶ κηρύσσεται, καὶ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὑπαρξίν ἀπαρνεῖται, δι' Υἱοῦ δὲ ταύτην οὐκ ἀπαρνεῖται. Εἰ δὲ καὶ τινες τῶν ἀνατολικῶν ἁγίων ὡσαύτως καὶ οἱ πλείους τῶν ἐσπερίων καὶ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ, θεολογοῦσιν, οὐ διαφωνία τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον συμφωνία. Ταῦτό γὰρ βούλεται τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τῷ διὰ τοῦ Υἱοῦ. Πρόβηλον οὖν τοῖς ἐθέλουσι συνेतῶς νοεῖν, ὡς ἔνθα ἂν τίθεται ἡ διὰ πρόθεσις παρηγουμένη ἔχει τὴν ἐκ πρόθεσις. Ὁσαύτως καὶ ὁ καὶ συμπλεκτικὸς σύνδεσμος προῦποκαίμενον ἔχει τὴν ἐκ. Ὁ γοῦν λέγων, ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀπολελυμένως οὐκ ἄλλως νοεῖ καὶ λέγει. Ὁ δὲ καὶ τὴν ἐκ προῦποκαίμενος καὶ ἐπισυνάπτειν δ' ἃ τοῦ καὶ συνδέσμου, ἔχον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, διείκυσιν, ὅτι πηγὴ καὶ ἀρχὴ καὶ αἰτία ἐστὶν ὁ Πατήρ τῆς ὅλης θεότητος. Ἐπειτα τὸ λέγειν καὶ φρονεῖν ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, καὶ τὴν οὐσίαν ὑπαρξίν ἔχειν, οὐκ ἀληθές. Ἦν γὰρ ἂν καὶ ἐξ Υἱοῦ μόνου μὴ μεσολαβούντος τοῦ Πατρὸς, πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος πρόδον. Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατήρ μεσὸς ἀμφὸν τοῖν πρώτων Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Ταύτη

li subdicere, veram amplectentes, uti sanctus divinusque Maximus, et reliqui sancti, et sexcenti et triginta Patres sanctæ et œcumenicæ quartæ synodi præcipiunt, et nostram confessionem adjuungere; veram, inquam, fidem, si sanctorum monita decretaque sequi potissimum volumus, et omnia communiter constituta conservare. Neque enim singulis licet, res novas designare et decernere. Quod si ex sanctis Patribus et Ecclesiæ doctoribus sunt quæ apponuntur, et communi judicio proposita comprobantur, nihil est quod ea prohibeat. Et hoc divinus Basilius ante secundam synodum statuit: « Fidem nos neque recentiore ab aliis conscriptam acceptamus. » Et multa perpeccus Athanasius de Sardicensi synodo tradit, illam decernere, « Fidei Nicænæ acquiescere. » Imo secunda synodus confidenter superaddidit, recteque statuit quanta synodus, tertiam subsecuta, si necessitas urgeat, nostram confessionem Patrum interpretationibus adjungendam esse.

18. Neque nos simpliciter et absolute asserimus, Spiritum ex Filio procedere, ne in Eunomii sententiam abeamus, neque ex Filio existentiam habere. Esset enim principalis causa Filius, et non Pater, quemadmodum calamitas Ecclesiæ a Deo inmissa Eunomius prætendebat, ut divinus Basilius in illius refutationibus, oratione secunda *Antirrhætica* scribit: « Illud vero cui notum non est nullam esse operationem Filii a Patre divisam, neque esse quidpiam in rebus, quod in Filio sit, et sit alienum a Patre. *Omnia enim, ait, mea tua sunt, et tua mea.* Quomodo itaque causam Spiritus soli Unigenito appingit, et naturæ illius accusationem hujus opificium accipit? » Quare et divinus Damascenus, « Ex Filio, ait, Spiritum non dicimus, » per Filium vero fatetur et prædicat, et ex Filio existentiam habere pernegat, non vero per Filium eam habere. Quod si ex Orientalibus sanctis quidam, multoque plures ex Occidentalibus, etiam *ex Filio* tradant, non est discors hæc sententia, sed potius concors. Hoc namque sibi vult *ex Filio*, quod *per Filium*. Quare iis qui prudenter res examinare voluerint, manifestum erit, ubicunque *per præpositio* apponitur, præeuntem habere *ex*; similiter et copulativæ conjunctioni *ex* præponi. Quare qui absolute inquit, *ex Filio*, non alio modo nec sentit, nec enūtiat. At qui *ex præponit* adnectitque *per* conjunctionem *et*, nempe *ex Patre et Filio*, ostendit, fontem, et principium, et causam totius divinitatis Patrem esse. Postmodum dicere ac tenere, *ex Filio* Spiritum sanctum esse et propriam existentiam habere, verum prorsus non est. Esset enim *ex Filio* solo, cum Pater in Spiritus processione medius non sit: neque enim Pater inter duas personas Filium et Spiritum medius est. Proptereaque non dicimus *ex Filio* Spiritum, neque procedere, neque quod sit, accipere, neque effundi, sed *per Filium tantum*

ex Patre. Quod idem erit ac dicere, ex Patre simul A ac Filio, ut sacer divinusque Damascenus in decimo tertio capite scribit: « Et per Verbum productum omnia manifestantis Spiritus. » Inlytus item divinusque Maximus in interpretatione, quo sensu accipiendum sit dictum Zachariæ: *Et super ipsam parva lampas, et lucernæ*¹, tradit: « Spiritus sanctus quemadmodum natura secundum essentiam est Dei et Patris, ita et Filii secundum essentiam est, tanquam qui ex Patre essentialiter per Filium genitum, modo, qui exprimi verbis non potest, procedens. » Et multa perpressus Athanasius ad Serapionem Epistola, cujus principium: « Admiraberis fortasse: » — « Non enim extra Verbum Spiritus est, sed in Verbo cum sit, in Deo per ipsum est. » Et paucis interjectis: « Spiritu existente in Verbo, B clarum est, et in Deo esse per Verbum Spiritum. »

19. Neque enim proprietas Patris est producere, ut et solus producat. Patris siquidem proprietas generare est: siquidem tres tantum proprietates credimus, ut sancti et inter eos divinatorum arcana interpretis Basilius, epistola ad fratrem, De essentia et hypostasi tradit: « Pater vero qui super omnia est, peculiarem hypostasis suæ notionem solus habet, quod Pater est, et quod ex nulla omnino causa subsistit; atque isto iterum indicio et ipse proprie ac separatim agnoscitur. » Theologus Gregorius id idem multis suis orationibus asseverat, tum in funebri laudatione magni Basilii: « Tria quidem proprietatibus, essentia unum colentes; » tum in sacra Lumina: « Dei vero cum dixerō, uno lumine circumlustrati estis et tribus, tribus quidem secundum proprietates, hypostasias scilicet; » tum in sanctum Athanasium: « Namque una essentia, et tribus hypostasibus a nobis pie intellectis, hoc enim essentiam deitatis, illud tres notat proprietates. » Tum de dogmate et episcoporum compositione: « Adoramus itaque Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, proprietates quidem separantes, divinitatem unientes. » Demonstratum est itaque apertissime, tres nos credere proprietates. Aut enim producere, aut generare proprietas est; sed producere nullo modo proprietas est, generare igitur tantummodo Patris proprietas est. Hinc probe ab Ecclesiæ doctoribus Filium a solo Patre generari edocemur, Spiritum vero non ex solo, sed ex Patre per Filium. Proptereaque credimus Patrem generare et producere, et generantem producere secundum diversum modum, non secundum aliam ipsius proprietatem: ideoque per Filium dicitur producere, et per Filium educere, ut Damascenus eodem capite tradit: « Revelans secreti Deitatis virtus Patris ex Patre est per Filium procedens. »

τοι οὐκ ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα φαιμεν, οὐτ' ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ εἶναι λαμβάνειν, οὐτε μὴν προχεῖσθαι, δι' Υἱοῦ δὲ μόνον ἐκ Πατρὸς. Ταυτὸν δὲ εἶπεν ἐκ Πατρὸς τε ἅμα καὶ Υἱοῦ, ὡς καὶ ὁ ἱερεὺς καὶ θεὸς Δαμασκηνὸς ἐν τρισκαιδεκάτῃ κεφαλῇ φησὶ: « Καὶ διὰ Λόγου προβαλεῖς ἐκφαντορικῶς Πνεύματος. » Καὶ ὁ κλεινὸς καὶ θεῖος Μάξιμος ἐν οἷς ἐρμηνεύει, τί δῆτα βούλεται τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ, Καὶ ἐπ' αὐτῇ λαμπάδιον καὶ οἱ λύχνοι, φησὶ, « Τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὡς περ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εὖ τῶ καὶ τοῦ Υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἔστιν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς δι' Υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπερευόμενον. » Καὶ ὁ πολῦτλας δὲ Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σαραπίωνα, ἧς ἡ ἀρχὴ, « Ἰσως θαυμάσεις: » — « Οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ Λόγῳ ὄν, ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστι. » Καὶ μετ' ὀλίγα: « Τοῦ δὲ Πνεύματος ὄντος ἐν τῷ Λόγῳ, δῆλον ἂν εἶη, ὡς καὶ ἐν τῷ Θεῷ ἦν διὰ τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα. »

10. Οὐ γὰρ ἰδιότης τοῦ Πατρὸς τὸ προβάλλειν, ἵνα καὶ μόνος προβάλλῃ. Ἡ γὰρ ἰδιότης τοῦ Πατρὸς τὸ γεννᾶν ἐστίν, εἴπερ τρεῖς ἰδιότητας πιστεύομεν καὶ μόνον κατὰ τοὺς ἁγίους, καὶ κατὰ τὴν θεοφάντορα Βασιλείου ἐν τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφόν, Περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως φησὶν: « Ὁ δὲ ἐπὶ πάντων ἐξαιρετικὸν γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως τὸ Πατὴρ εἶναι, καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι μόνον ἔχει: καὶ διὰ τοῦτου τοῦ σημείου καὶ αὐτὸς ἰδιαζόντως ἐπιγινώσκεται. » καὶ τὸν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον ἐν πολλοῖς τῶν αὐτοῦ λόγων τοῦτο θεολογούντα λέγων ἐν μὲν τῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπιταφίῳ: « Τρία μὲν ταῖς ἰδιότησιν, ἐν δὲ τῇ οὐσίᾳ εὐθέως: » ἐν δὲ εἰς τὰ Φῶτα: « Θεοῦ δὲ ὄντος εἴπω, ἐνὶ φωτὶ περιεστράφητε καὶ τρισί: τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἡγῶν ὑποστάσεις: » καὶ ἐν τῷ εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον: « Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων νοουμένων μὲν ὅψ' ἡμῶν εὐσεβῶς: τὸ μὲν γὰρ τὴν οὐσίαν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ ἐκ τὰς τρεῖς ἰδιότητας. » Καὶ ἐν τῷ περὶ δόγματος καὶ καταστάσεως ἐπισκόπων: « Προσκυνοῦμεν οὖν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἐνοῦντες δὲ τὴν θεότητα. » Δείδειται οὖν περιφανῶς, ὡς τρεῖς ἰδιότητας πιστεύομεν. Ἡ γοῦν τὸ προβάλλειν ἐστὶν ἰδιότης, ἢ τὸ γεννᾶν. Ἀλλὰ μὴν τὸ προβάλλειν οὐκ ἐστὶν ἰδιότης, τὸ γεννᾶν ἄρα καὶ μόνον ἐστὶ τοῦ Πατρὸς ἰδιότης. Καλῶς καὶ παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεολόγων ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν γεννᾶσθαι θεολογοῦσι, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἐκ μόνου, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ πιστεύομεν ὡς ὁ Πατὴρ γεννᾷ καὶ προβάλλει, καὶ γεννῶν προβάλλει κατὰ διάφορον τρόπον, οὐ κατ' ἄλλην ἰδιότητα αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ λέγεται προβάλλειν, καὶ δι' Υἱοῦ ἐκπορεύειν, ὡς καὶ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλῇ φησὶν: « Ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ Πατρὸς ἐκ Πατρὸς ἐστὶ δι' Υἱοῦ ἐκπορευομένη. »

¹ Zach. i. 12, 2.

κ'. Φανερόν οὖν ἔστιν ἅπασιν Χριστιανοῖς τοῖς λόγῳ μετέχουσι, ὡς προσηγορεῖται ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις τῆς προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐ τῆ ἀιδιότητι, τῆ γὰρ ἀιδιότητι ἅμα εἰσὶν ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' ὡσπερ προσηγορεῖται ὁ Πατήρ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ ὁ Υἱός τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθὼς τοῦτο πολλοὶ τῶν ἁγίων καὶ ὁ Νυσσαίων ἱερεὺς Γρηγόριος ἐπιθεσασί λέγων· « Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὑπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινοεῖα μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. Αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς χώραν οὐκ ἔχουσιν, ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξηρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφῶνως ἔχειν. » Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, ἐν τῇ πρὸς τὰς Κανονικάς τρανότερον τοῦτο παρίστησι. Φησὶ γάρ· « Εἰ ἀνωτέρω τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς προεούτερόν ἐστι τοῦ ἐξ οὗ ἔστιν; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦ Μονογενοῦς, πρότερον· οὐδὲ γὰρ μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρός. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον Κύριλλος ὁ μέγας τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ φησὶ· καὶ ἡ ἁγία δὲ πρώτη σύνοδος διὰ Λεοντίου· ἐϋρῆται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ Πατρός, ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. » Καθὼς οὖν λέγεται ἴδιον τοῦ Πατρός, οὕτω λέγεται καὶ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὡσπερ λέγεται ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός, οὕτω λέγεται καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ὁ μὲν θεὸς Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός ἐν κεφαλαιῷ ὀγδόῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Πιστεύομεν τοιγαροῦν· » καὶ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός, οὐ γενώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. » Τοῦτο καὶ ὁ πάμμεγας Ἀθανάσιος λέγει· « Ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Ἀλλὰ καὶ ὁ θεσπέσιος Κύριλλος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ἐν κεφαλαιῷ τριακοστῷ τετάρτῳ τῶν Θησαυρῶν λέγει· « Ὅθεν ἐν ἰδίᾳ τιμὴ θελήσει, οὐδὲ μὴν ἄλλοτριᾷ βουλήσει, ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗ ἔστιν ὁμολογούντες, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προῖόν. » Ἔτι οὖν, « Ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ποιότης τις, ἐν οὕτως εἰπωμεν, ὑπάρχον τοῦ κυριεύοντος ἀπάντων Θεοῦ. Εἰ δὲ τοῦτο, θεὸς ἄρα, καὶ οὐ γεννητὸν, ἢ κτιστὸν, ὡσπερ τοῖς κακοδόξοις ἰδοῦμαι. » Καὶ πάλιν, « Ἐν τοῖς Εὐαγγέλοις; ὁ Σωτὴρ ποῦ φησὶ περὶ ἑαυτοῦ· Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀλήθεια. Ὁ δὲ γε μακάρος Ἰωάννης ἐκ τε τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα δεικνύων, ἐν μὲν τοῖς Εὐαγγέλοις φησὶ· *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας.* » Ἐκ τῆς οὐσίας οὖν Πατρός καὶ Υἱοῦ παρὰ τῶν διδασκάλων ὁμολογεῖται· καὶ οὐ λέγομεν διακεκριμένην τὴν θεῖαν οὐσίαν ἐκ τῶν θεῶν προσώπων, ἀλλὰ πᾶν θεῖον πρόσωπον ὅλην τὴν οὐσίαν ἐν ἑαυτῷ ἔχειν. Ὅταν οὖν λέγωμεν οὐσίαν μετὰ τοῦ ἀναφορικῶ ὀνόματος, τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος λέγομεν, ὡς· τῷ ἱερῷ Δαμασκηνῷ δεκεῖ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις, καὶ τῷ θεῷ Μαξίμῳ. Μετὰ Ἀνομοίας γὰρ οὕτως διαλεγόμενός φησὶ, τοῦ Ἀνομοίου λέγοντος,

20. Plānam itaque est Christianis omnibus quibus usus rationis inest, praeintelligi Filii generationem processionem Spiritus sancti, non aeternitate, cum aeternitate una simul sit Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; sed quemadmodum praeintelligitur Pater Filio, ita et Filius Spiritui sancto, veluti sancti plerique Patres, et inter eos praecipuus sanctus Gregorius Nyssaensium episcopus constabilit dicens: « Quemadmodum enim conjungitur Patri Filius, et ex eo habens, quod sit, secundum existentiam, tamen non est posterior, ita rursus et Unigenito adhæret Spiritus sanctus intellectu tantum secundum causæ rationem praeintelligito Spiritus hypostasi. Temporis autem extensiones et intervalla in vita, quæ ante sæcula est, locum non habent, adeo ut ratione causæ ablata in nullo sancta Trias inter sese discordet. » Et Basilius Magnus ad Canonicas epistola hoc idem expressius asserit: « Si Deo subsistit superior Spiritus, nequaquam potest ex Deo esse. Quod si ex Deo est, antiquior esse Deo, qui potest esse, ex quo est? Imo nec prior quidem Unigenito, cum inter Filium sit et Patrem nullum medium. » Et magnus Cyrillus, epistola ad Nestorium: « Quod ex eo est, et proprium ipsius, » appellat. Et sancta prima synodus per Leonium: « Invenitur Spiritus sanctus procedere quidem ex Patre, proprius vero esse Filii, et ex eo emanans. » Ea igitur ratione, qua dicitur proprius Patris, est et proprius Filii. Joannes Damascenus, capite octavo, cujus principium, « Credimus ergo, » « Et solum Spiritum sanctum procedentem ex essentia Patris non genitum, sed procedentem. » Hoc quoque maximus Athanasius insinuat: « Ex essentia Patris Spiritus sanctus. » Nec non et divinus Cyrillus: « Ex essentia Filii. » Capite tricesimo quarto *Thesaurorum* inquit: « Non in propria voluntate, aut alieno a voluntate ejus consilio, in quo, et ex quo est, consentiens, sed veluti ex essentia ejus emanans. » Item, « Ex essentia Filii Spiritus, et quasi qualitas quædam, ut ita dicamus, est, dominantis omnium Dei. Id si est, Deus igitur est, et non generatus, nec factus, quemadmodum improbe opinantibus videbatur. » Et rursus: « In Evangeliiis Salvator de se ipso dicit: *Ego sum Veritas.* Et beatus Joannes ostendens Spiritum ex essentia Patris et Filii esse in Evangeliiis *Spiritum veritatis* appellat. » Ex essentia itaque Patris et Filii a doctoribus asseritur; neque nos divinam essentiam a divinis personis disjungi, sed divinam quamque personam universam essentiam in semetipsa continere dicimus. Cum itaque dicimus essentiam cum nomine relativo, commune cum proprio dicimus, ut sancto placeat Damasceno et sanctis aliis, tum præterea sancto Maximo. Hic enim cum Anomæo edisserens, cum ille dixisset, « Aliud essentia, et aliud hypostasis; » « Aliud, dixit sanctus, et aliud, non uti res. » Sed Pater Spiritum producit, non ab alio accipiens; ipse enim est sola causa et prin-

cipium. Neque enim causa alia præintelligitur, neque principium; at Filius non a seipso Spiritum habet, sed a Patre, sicuti divus Cyrillus in interpretationem illius: *Et ipse rogabo Patrem, et alium Paracletum*, ait: « Dei enim et Patris naturalium honorum Filius particeps cum sit, habet Spiritum secundum illum eundem modum, secundum quem intelligitur Pater habere. » Tum modum exprimens exemplo ab homine desumpto quam apūssimo rei, de qua sermo est, atque indicio subdit: « Sed quemadmodum unusquisque nostrum spiritum proprium in semetipso continet, et ex intus præcordis ad exteriora emittit. Propter id enim et corporee illum Christus insufflavit, ostendens, quemadmodum ex ore hominis egreditur spiritus corporee, pari modo ex divina essentia, ut Deum decet, effunditur, qui ex ipsa est. » Jam enim satis patenter et modum tradidit, quo Spiritum Filius habet: non alio scilicet, quam quo illum Pater habet. Sed hic quidem non a seipso, sed a Patre, Pater autem non ab alio, sed a seipso. His conformia sanctus quoque Augustinus dicit secundo de Trinitate libro, capite octavo (est libri IV cap. 20): « Nec possumus dicere, quod Spiritus sanctus et a Filio non procedat. Neque enim frustra idem Spiritus et Patris et Filii Spiritus dicitur. Nec video, quod aliud significare voluerit, cum sufflans in faciem discipulorum ait: *Accipite Spiritum sanctum*. Neque enim efflatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore substantia Spiritus sancti fuit; sed demonstratio per congruam significationem, non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum. »

εις τὸ πρόσωπον τῶν μαθητῶν, εἶπε· *Δότες ἐμπύσημα συναίσθησι τοῦ σωματικῶς θιγγάνει το; ἤν, ἀλλ' ἐνδειξις διὰ καταλλήλου δηλώσεως, μὴ πορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* »

21. Et sic nos, orationem facile ac prompte digerentes, ad finem pervenimus, debitum persolventes, ut antea præfati sumus, a nobis hæc propositis demonstrantes, nostrorum sermonum Patres auctores habere: et hac ratione nos in nostro paterao dignate perseverare, sicuti ea, quæ diximus, palam faciunt: et nihil novi in sanctam Christi Ecclesiam præ his quæ a sanctis nostris Patribus, nec non doctoribus et theologis constituta sunt introduxissæ. Quod si ea majestati tuæ satis non sunt, sed ea pluribus quoque demonstrationibus confirmari desideras, dummodo, quod scandalum injicit, innotescat, similibus sanctorum testimonio explicabimus. Non enim possumus omnia, quæ afferuntur in hoc argumento, unico tantum colloquio expedire propter sætietatem, quæ auribus adversatur, licet quam maxime digna sit admiratione, gratissique abundant. Conservet Dominus majestatem tuam ad multos annos cum sanitate integra et incorrupta, acceptis Numini precibus sanctorum, qui ista tradiderunt ad ingentem nostram lætitiā et voluptatem.

« Ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις, » « Ἄλλο, ἔφησεν ὁ ἅγιος, εἶπον καὶ ἄλλο, οὐχ ὡς πρᾶγμα. » Ἄλλ' ὁ μὲν Πατήρ ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προβάλλων, εὐπαρ' ἄλλοι λαθῶν· αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ μόνος αἰτίας, καὶ μόνη ἀρχή· οὐ γὰρ ἔχει προεπικινουόμενον αἰτίων, οὐδὲ προεπικινουμένην ἀρχήν· ὁ δὲ Υἱὸς οὐ παρ' ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα ἔχει, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρ'·, καθὼς καὶ ὁ θεοπέσιος Κύριλλος ἐν τῇ ἐρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸ, *Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον*, φησί: « Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρ' φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς κοινωνῆς, ἔχει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καθ' ὃν περ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ Πατήρ. » Εἶτα καὶ τὸν τρόπον ἐκφαίνων διὰ τε παραδείγματος ἀνθρωπίνου καὶ σημείου εἰκιστάτου τῷ πράγματι, φησί: « Ἄλλ' ὡσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγγων εἰς τὸ ἐξω προχέει. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτὸ ἐνεψόησεν ὁ Χριστὸς, δεικνύς, ὅτι καθάπερ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρωπίνου πρέεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπροπῶς προχέεται τὸ ἐξ αὐτῆς. » Ἦδη γὰρ σαφῶς καὶ τὸν τρόπον ἀπέδωκε, καθ' ὃν τὸ Πνεῦμα ἔχει ὁ Υἱὸς, οὐκ ἄλλον δηλονότι ἢ καθ' ὃν ἔχει τοῦτο ὁ Πατήρ. Ἄλλ' ὁ μὲν οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς· ὁ δὲ Πατήρ οὐ παρ' ἄλλου, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ. Συνορθὰ τούτῳ καὶ ὁ θεὸς Ἀγούστινος φθέγγεται ἐν τῷ περὶ Τριάδος βιβλίῳ δευτέρῳ ἐν κεφαλαίῳ ὀγδέκῳ, φάσκων· « Οὐ μόνον δυνάμεθα λέγειν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Θυδὲ γὰρ μᾶτην αὐτὸ τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγεται. Οὕτε μὴν συνορθῶμεν εἰ ποτε ἕτερον σημάζει ἡθεύλετο, ἥνίκα ἐμφυσήσας Πνεῦμα ἅγιον. Οὐδὲ γὰρ τὸ σωματικὸν ἐκεῖνο προῖδν ἐκ τοῦ στόματος ἢ οὐσία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μόνον ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκ-

κα'. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν προχείρῳ τὸν λόγον βουλόμενοι ποιῆσαι, ἤδη καὶ πεποήκαμεν ἀφοσιῶντες τὸ χρέος, ὡς καὶ φθάσαντες ἔρημεν, δεικνύντες διὰ τῶν εἰρημένων, ὡς τοὺς Πατέρας ἡγεμόνας τῶν ἡμετέρων λόγων ἔχομεν, καὶ οὕτως ἐν τῷ ἡμετέρῳ τῷ πατρ' ἐμμένονεν δόγματι, ὡς διασαφοῦσι μάλα τρανῶς τὰ εἰρημένα. Καὶ οὐδὲν καινὸν εἰσηξαμεν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν Ἐκκλησίαν παρὰ τὰ δεδομένα τοῖς ἁγίοις ἡμῶν Πατράσι καὶ διδασκάλοις καὶ θεολόγοις. Εἰ δὲ οὐκ ἀρκεῖται ἡ σὴ βασιλεία ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ πλεονασιν ἀποδείξει βούλει, εἰ μόνον γινώμεν τὸ σκανδαλίζον, δι' ὁμοίω μαρτυριῶν ἁγίων καὶ ταῦτα διασαφήσομεν. Οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα πάνθ' ὅσα λέγουσιν ἐν ταύτῃ τῇ ὁποθεσίᾳ εἰπεῖν ἐν μιᾷ ὁμιλίᾳ διὰ τὸν κόρον, ὃς πολέμιος ὑπάρχει ταῖς ἀκοαῖς, κὰν πάνυ ἀξιοθαύμαστος καὶ χάριτος γέμων. Διαφυλάξοι δὲ τὴν σὴν βασιλείαν ὁ Κύριος ἐν πολυετείᾳ ζωῇ σὺν ὑγαίᾳ σταθιρᾷ εὐπροσδέκτοις εὐχαῖς τῶν ταῦτα θεολογησάντων ἁγίων εἰς πολλὴν εὐφροσύνην ἡμῶν.

GEORGIUS SCHOLARIUS

SEU, MUTATO NOMINE,

GENNADIUS

CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA

DE GENNADII VITA ET SCRIPTIS

EUSEBII RENAUDOTII

DISSERTATIO

(Parisiis, ap. Gabrielem Martin, via Jacobæ ad insigne Stellæ, 1709 4°)

Gennadii homiliam de corporis sanguinisque Christi sacramento celebrem apud Græcos, rarissimam tamen, nec apud nos Græce aut Latine visam, exhibemus, Christiane Lector, ex codice monasterii Bruntisini, chartaceo optimæ notæ, qui ante annos saltem centum quinquaginta scriptus est, perita manu. Gennadius is est, qui circa annum 1453, quo capta est Constantinopolis, iubente Muhamede Turcarum imperatore, a Græcis more majorum electus est patriarcha. In eodem codice leguntur Oratio funebris desponsæ matris Constantini imperatoris; alia in funere Sophiani dicta; Homiliæ in decollationem Joannis Baptistæ, in Transitum B. Mariæ Virginis, in Nativitatem Domini, de Publicano et Phariseo; Opus de tempore et modo existentie animarum rationalium, et alia Opuscula, quæ in variis præsertim bibliothecæ Regiæ codicibus Gennadii nomen præ se ferunt, certissimisque argumentis eidem auctori vindicantur. Sed cum in aliis opusculis auctoritas sola codicum mss. et aliquot rationes non contemnendæ titulos confirmant, *Expositio religionis Christianæ* coram Turcarum imperatore facta, maximum omnino pondus habet. Cum enim qui primus post

eladem Constantinopolitanam patriarcha renuntiatus est, auctorem hujus nostræ Orationis sive Homiliæ tam perspicue designat, ut dubitare ne ipsi quidem possint qui duos Gennadios excogitaverunt. Non eos accusamus, qui opuscula quædam Gennadii ediderunt superiori sæculo, vel in *Bibliothecam Patrum* transtulerunt; piis enim viris nec indoctis, sed in critica recentiori peregrinis, licebat Gennadium, sive Georgium Scholarium non agnoscere, cum vix ullos Græcos codices tractavissent. Sed excusari plane non possunt Græci duo, Matthæus Caryophyllus archiepiscopus Iconiensis, et Leo Allatius Coreyræus, qui hanc primi luserunt fabulam, et in quorum sententiam iverunt theologi, præter unum Richardum Simónem virum doctissimum, qui eam primus exposuit in *Defensione vernacula adversus Thomam Smith, theologum Oxoniensem*. Agebatur de fide Ecclesiarum Græcorum circa Eucharistiæ sacramentum, de qua ab annis ferme viginti acerrime inter Catholicos et Protestantes disputabatur, occasione opusculi *De perpetuo utriusque Ecclesiæ consensu circa Eucharistiæ fidem*, quod multa deinceps volumina in utraque partem scripta peperit.

Agebat Protestantium causam vir d'sertus, et multis naturæ præsiidiis ad suaviter politeque scribendum paratissimus, sed doctrinæ mediocris, et in antiquitate ecclesiastica, maxime vero in Græciæ barbaræ literis peregrinus supra quam credi potest. Accedebat negantis, quæ luce magis perspicua forent, sancteque de rebus aut falsissimis aut inanissimis affirmantis audax quidem, sed modesta et placida impudentia, quæ hominem populari magis inter suos, commendavit, quam doctrina, eloquentia, sincerus animus meliores ex eadem secta theologos. Cum vero ille spisso volumine totum Albertinum explicuisset, et nova de præsentis Ecclesiarum Orientalium præsertim Græcarum fide quæstio institueretur vix a Protestantibus delibata, negavit Græcos credere veram in Eucharistia corporis Christi præsentiam: si qui fortassis ita existimarent, Græcos a Latinis corruptos esse asseruit; atque ita causam vicisse sibi visus est. Provocavit ad patriarcharum testimonia; postulavit ut acta publica exhiberentur, ut fidei confessiones, ut synodorum sententiæ, existimans scilicet fieri non posse ut hæc ex Græcia haberentur. Venerunt tamen vix elapso biennio instrumenta a Græcorum, et a Syrorum Melchitarum, Jacobitarum et Nestorianorum Ecclesiis, et post annos duos et deinceps tam multa alia a cl. viro Carolo Francisco Olerio Nointelio regis ad Othomanicam aulam legato, ut jam desiderari nihil posset vel ad veritatem stabilendam, vel ad hominem perpetuo silentio damnandum. Sed qui verecundiæ fines semel transierat, cum naviter oportebat esse impudentem. Ita qui in privatis judiciis tam certa actorum fide calumniæ convictus infamiam tulisset, cavillando obtinuit apud suos ut sibi de Orientalium doctrina contra actorum fidem crederetur. Neque acta solum et sententiæ synodales, sed et libri etiam integri ex Græcia missi sunt, quibus acta confirmarentur; et sane multos ad saniolem mentem revocatos, et ad catholicam Matrem reversos, eorum auctoritate non sine lætitia experti sumus. Ejusmodi fuerunt *Confessio orthodoxa Ecclesiæ Orientalis*, ipsis Bataavorum typis edita in gratiam Panagiottis, primarii interpretis apud Turcarum imperatorem; *Synodus Bethlehemitica*, et *Meletii Syrigi Opus adversus Cyrilli Lucaris fulsam fidei expositionem*, quam tantopere exoscentantur multi Protestantes, reclaudantibus apud eos doctissimis.

Ipsæ alia quæ adversus inauditam Lucaris theologiam testimonia produxerat Syrigus, occurrebat sententia Gennadii, qui, inquit ille, *florabat circa annum 1453, primus post captam urbem renuntiatus patriarcha*. Illo sane testimonio vix quidquam in litterarum monumentis expressius occurrit. Nec enim solæ sententiæ Gennadii Catholicorum sententiis, sed verba etiam verbis conveniunt, dum transmutationem elementorum in corpus et sanguinem Christi per μεταστώσεως, sive *transub-*

stantiationis, vocem exprimit, quæ in metaphoricam significationem trahi per calumniosas interpretationes non potest. Si quid fortassis ex bibliothecis in lucem editur, quod doctrinæ catholicæ videatur contrarium, duo a theologis præstari solent: scrutantur nempe codices, ut primum de illius qui in testimonium adducitur, auctoritate constet, tum doctrina explicatur, neque si a vulgari in qua vivimus opinione recedere videatur, statim censetur explodenda. Qui aliter fecere, ut olim avorum memoria Petrus Molinæus, qui quæcunque Patrum scripta, si suæ sectæ placitis adversarentur, ut spuria rejiciebat, si doctissimorum inter suos virorum censuram experti sunt. At novus ille theologus neque bibliothecarum fornios scrutatus est, neque criticen ullam adhibuit, sed totam Græciam veterem, novam, et quæcunque tandem futura erit, uno sibi visus est argumento prostravisse. Alebat scilicet se probasse quantum satis erat, Græcis præsentiam realem, multo minus transubstantiationem venisse nusquam in mentem, omnes ab initio schismatum eam fidem habuisse, quæ Cyrilli Lucaris Confessione contineretur: qui ergo aliter sentirent, eos Αζηρόφρονας esse, non Græcos legitimos, sed avitæ fidei, sacrorumque patriarum proditores, quorum nulla esset in ejusmodi controversiis auctoritas. Hoc fundamento subnixæ stetit per annos multos tota Claudianarum argutiarum machina. Mitto alia ejusmodi, quorum vel ipsos Protestantes pudeat, ut multos sane audiivi viros bonos qui Claudium valere juberent, quod communem causam in tales angustias deduxisset, unde pedem referre non licebat. Neque enim, inquiebat, nostra refert quid Græci aut reliqui Orientales credant, quid vituperent in nostra doctrina, quæ non humanis peregrinarum Ecclesiarum testimoniis, sed solo Dei verbo nititur.

Productus erat ex Meletio Syrige Gennadins; et cum excerpta ex eodem Richardus Simou publicasset, Thomas Smith theologus Oxoniensis opuscula duo edidit de Græcarum Ecclesiarum statu, et Miscellanea quædam, in quibus de Græcorum fide, de Cyrilli Lucaris Confessione et ejus historia veteres æntias certissimis argumentis confutatas iterum proposuit, atque inter alia divinationem adversus Gennadium, vel potius adversus Meletium Syrigum, quem suppositæ Gennadio Homiliæ de Eucharistia reum peragit, nullis indicis, sed tantum conjecturis, quæ opinor æquis lectoribus inanissimæ videbuntur. Docet quoque Gabrioli Philadelphicæ metropolitæ debere Græcos recentiores vocem μεταστώσεως, qua ab annis octoginta uti solent, ex quo infusa apud eos latinitas fuit, quod falsissimum esse Epistola Meletii Pigæ, patriarchæ Alexandrini, quam edimus, fiet manifestum. Virum suæ, ut existimamus, religio fefellit, cujus laborans præjudiciis, Constantinopoli indiligentem omnino operam navavit in eo quod susceperat negotio explicando, aut fateatur necesse est

nihil inde retulisse quod ad causæ deploratæ suæ A patrociniū pertineret. Varios enim rumores de Lucari, quos Ecclesiæ Constantinopolitanæ tabularia refellunt, collectaque ex Allatio et Caryophyllo, si ex miscellaneo illo opere dempseris, quicumque Græciæ recentioris litteras vel primis labris degustavit, nihil novum, nihil trans mare natum agnosceret. Nemo catholicus, etsi Allatii, Arcudii, Caryophylli, et aliorum bene de Ecclesia meritum memoriam cum charitate complectatur, in eorum verba jurandum sibi arbitratur, aut nihil in eorum scriptis desiderat. Imo qui se in Græcas litteras abdiderunt, codicesque ipsos serio tractaverunt, desiderant illorum diligentiam et prudentiam, nec raro candorem et bonam fidem. Testes tot catholicorum libri editi ab annis triginta, in quibus Arcudius vapulat tanquam perpetuus Ecclesiæ Græcæ calumniator; Allatio non parititur; Caryophyllus et alii Hellenomastiges sæpe refelluntur. Qui igitur Syrigum tanquam ὑποβολιμαῖον scriptorem, Gennadium ut Λατινογράφον traducere in animum induxerat suum, debebat is procul dubio non Allatium, non Arcudium, non Possevinum exscribere, sed codices inss. ad quos provocavius, ea de Gennadio dicturi, quæ nulla deinceps ratione vocari possint in dubium. Sed prius videntur in medium adducenda quæ ab auctoribus catholicis de Gennadio scripta sunt, quibus suam Smitheus disputationem tanquam certissimis fundamentis superstruxit.

Gennadius, qui primus novæ Romæ patriarcha post imperii Græcorum Orientalis excidium renuntiatus est, ante susceptam dignitatem Georgii Scholarii nomen habuit. Ita testantur auctores Historiæ Constantinopolitanæ apud Crusium in Turco-Græcia: « Elegerunt, inquit, philosophum dominum Georgium, virum sanctum et pium, iudicem imperatorii iudicii, et electionem ejus juxta consuetudinem acclamationibus comprobantēs, constituerunt patriarcham, appellantes eum Gennadium. Hunc, ut scribit Malaxus, Joannes Palæologus, cum in Franciam seu Italiam proficisceretur, ubi habita est octava synodus, secum duxit tanquam sapientissimum. » In Actis Græcis Florentinæ synodi, sess. 25, Georgii Scholarii verba ad imperatorem referuntur, a quo rogatus sententiam de sancienda cum Latinis concordia, respondit se jam editis orationibus exposuisse quæ sibi mens esset, amplecti Romanæ Ecclesiæ doctrinam de capitibus inter utramque Ecclesiam controversis, quæ mox synodali definitione explicata sunt. Earum quoque orationum mentio fit in Apologia Josephi Methonensis; et magna inter eruditos questio est, num de iis quas habemus Græcæ et Latine in *Bibliotheca Patrum*, et in concillorum Collectionibus, intelligenda sint Græcorum Actorum verba. Erat tunc Georgius Scholarius inter laicos, iudexque primarius aulæ imperatoris; atque adeo nihil mirum, quod in definitione synodica scribendo non adue-

rit; nam soli ecclesiastici subscribebant, et ex laicis præter imperatorem nemo. Reversus Constantinopolim Gennadius anno 1459, post absolutam synodum, in magna apud Joannem imperatorem Constantidumque fratrem et successorem dignitate vixit, usque ad annum 1465, qui imperio Græcorum Constantinopolitano supremus fuit. Quid vero totis his annis tredecim Gennadio factum sit, divinavit Allatius. Neque enim a Græco ullo auctore didicit eum catholicæ fidei, quam Florentinæ cum aliis Græcis professus fuerat, observantissimum, schismaticos vocari et scriptis confirmasse, præsertim vero Marcum Ephesium schismaticis antesignanum, Latinoque novitni infensissimum. Quia tamen ex variis actis et monumentis, quorum pauca edita sunt, reliqua servantur in bibliothecis, intelligitur eodem tempore quemdam Georgium Scholarium Marco Ephesio summa familiaritate conjunctum, multa adversus Latinos scripsisse, Matthæus Caryophyllus, et eum secutus Leo Allatius, duos Gennadios, duos Georgios Scholarios effinxerunt, illum qui concilio Florentino interfuit, catholicum; alterum schismaticum esse jusserunt. Illic monachus factus, Gennadii nomen simul cum habitu religionis accepit; ille ex laico factus patriarcha post captam urbem, Gennadius quoque novo nomine appellatus fuit, qui post annos quinque, depositis infulis patriarchalibus, in monasterium se recepit, atque anno circiter 1460 diem suum obiit. Imo alium quemdam Georgium Scholarium Cortesium existisse suspicatur Allatius, quem auctorem existimat diversorum adversus Latinos operum; atque ita tres Georgios Scholarios et Gennadios recenset, sed, ut infra videbitur, plane infeliciter. Hanc tamen ejus conjecturam secuti sunt omnes ferme theologi, donec R. Simou vir doctissimus docuit certissimis argumentis unicum fuisse Gennadium. Quia tamen hæc quasi in περιγραφή ab eo scripta sunt, cum brevis operis non pateretur ut totam ex antiquis monumentis questionem explicaret, superest ut quantum licet paucis eam expediamus.

Gennadius sane qui Georgii Scholarii nomen habuit, patria ut videtur Constantinopolitanus, doctrina, eloquentia et juris peritia magnam ab ineunte ætate famam apud suos consecutus, in aulæ imperatoris ministerio fuit, antequam Joannes Palæologus in Italiam proficisceretur. Tunc vero iudicis primarii munus sustinebat, Κριτικῆς τῆς βασιλικῆς κρισεως, ut non solum Historia politica et ecclesiastica apud Crusium, sed varii etiam opusculorum tituli testantur. Negotiorum ipse molestiam conqueritur ad Philelphum scribens his verbis: Ἄλλ' ὅπῃ τῶν ἐν τῷ δικάζειν θεοῦ ὄνδ' ἀναπνεῖν σχεδὸν συγχωρούμενος, καὶ ἄκων ἐξαμαρτάνω τι πρὸς τοὺς φίλους. Sed iudiciorum tumultu oppressus, vix respirare ut concedatur, etiam incivis nonnihil erga amicos delinquo. Quod etiam in aliis quibusdam ad amicos epistolis, et

in orationibus apologeticis non obscure designat. Interea cum doctissimis Italis, Francisco Philelpho, Ambrosio Camaldulensi, Marro Lipomano patrio Veneto, litterarum commercium habebat, quarum plures exstant hæc inelegantes in codice Regio 2955, paucæ in Colbertino 4958; verum summa librorum negligentia, sine die et consule, aut loco unde missæ sunt, adeo ut historiæ Gennadii mediocrem omnino lucem afferant. Philelphus ipse (1) Græco quodam carmine testatur se admodum juvenem in ejus adhuc juvenis familiaritatem venisse, Constantinopoli cum esset.

Ὅν μοι ἔντι γένη νεαρὸν πάνυ διὰ θεάων
Ἐν Βύζαντος ἔρω ἤφατο Καλλιόπη.

*Quem juveni mi olim, juvenem Byzantis in urbe
Calliopes Diæ conciliavit amor.*

Ad nostrum enim Gennadium pertinet hoc Philelphi carmen, non, ut censet Allatius, ad nescio quem Georgium Scholarium Gennadium, metropolitam Phasorum. Argumento est quam mox laudavimus epistola, quæ in Regio codice octava est, qua Philelpho scribit, Imperatori summiopere placuisse scriptas ab eo litteras, cujus perspectam haberet erga se humanitatem. Utebatur familiarissime Georgius Scholarius Luca Notara magno duce, Imperatoris Joannis Palæologi genero, ad quem exstant aliquot non inelegantes Epistolæ, et dncis ad Scholarium; Imperatoris ejusdem fratris Constantino Palæologo, qui imperavit ultimus Christianorum, ad quem scripta est secunda epistola Regii codicis; Theodoro Despotæ eorum fratre, quem funebri oratione laudavit, quæ exstat in eodem codice; et aliis præcipue dignitatis viris. Inter ecclesiasticos colebat præ cæteris Marcum Ephesium, ad quem exstat decima quinta, qua significat mittere se defensionem doctrinæ Aristotelis contra Gemistum Plethonem, tum etiam Nomophylæm, Chartophylacem Païsium Cretæ ut videtur archiepiscopum, et alios non paucos. Ad hos exstant Epistolæ de privatis plerumque negotiis, omnes sine die et consule. Plures opinor interciderunt, quia electiores tantummodo selectæ videntur fuisse, ut antiquis Demosthenis, Isocratis, Libanii, et aliis præcipuorum auctorum adjungerentur, ut in codice Colbertino; reliquæ perierunt, ut multa alia Gennadii opera, quia auctor nunquam ea, ut videtur, colligenda curavit; sed post ejus obitum a studiosis in codices relata sunt quæcunque tam Constantinopoli quam in monasteriorum bibliothecis delitescabant.

Tricesimo ætatis anno Georgius Scholarius votum fecit amplectendæ solitariæ vitæ, quod tamen non nisi paulo ante captam urbem, et post Joannis Palæologi mortem persolvit. Ita de se scribit in Apologia ad Constantinum: *Quod, inquit, ego*

(1) Philelphus Constantinopolim juvenis profectus est, Emmanuelis Chrysoloræ filiam duxit. V.

non dum tricesimum annum egressus firmiter statuerim et roverim Christo, magistratum ut incommodum quiddam negotium abdicare, et ad privatam vitam, quam Christus nobis designavit, declinare, tanquam multæ philosophiæ, spei quoque futurorum et uno verbo boni cujuscunque plenissimam, nullus arbitror meorum civium ignorat. Causam cur tantu distulerit, fuisse refert parentum curam, quos in senili ætate destituere absque impietate vix poterat, et quasdam alias.

Itaque sub Joanne Palæologo Georgius Scholarius imperialis judicis munus sustinens, cum procurandæ concordiæ inter Latinam et Græcam Ecclesiam causa Imperator in Italiam proficisceretur (2), in ejus comitatu Ferrariam primo, mox Florentiam venit. Ita testantur auctores ferme omnes, et acta Græca concilii Ferrariæ, ut videtur, scriptæ sunt epistolæ duæ, una Venetias ad Marcum Lipomanum, ad Ambrosium Camaldulensem altera. In prima scribit optasse se ad eum proficisci, *sed fortuna quædam, inquit, me ad imperatorem currere cogens, aureis Venetiis commorari non sinit, neque lepores hujus urbis et gratias degustare, in qua Lipomanus optimus primum locum obtinet; sed statim atque excensum fecimus, iter ad imperatorem per flumen instituimus. Nempe fortassis quia serius advenerat. In altera ad Ambrosium, quem non alium esse existimamus quam Camaldulensem, ita scribit: At quandoquidem cum imperatore qui te plurimum diligit, nos quoque unionis desiderium ad tuam urbem transfert, aut potius ipse ex tali desiderio nobis transmigrandi necessitatem imposuit; reliquis quidem sufficit tuam adire urbem, et habere illic delicias, spectacula, ardes magnificas et alia domesticis non inferiora. Nobis vero angulum aliquem concede tui monasterii quod in chara urbe charissimum habes et ornas. Ita eos qui te maxime diligunt, tuorum tibi conjunctissimis non immerito præferes, tuncque facilius una esse nobis licebit, neque morbos causabimur, neque tantum ex infelicitate nostra dolorem capiemus. Quod si aliquando rursus, minus tamen omnino quam nunc, te a nobis disjüngunt publicorum negotiorum curæ, hanc absentiam monachorum illic viventium virtus et sapientia solabuntur. Quos quidem sub tali patre et rectore ad virtutem provecios, nullissimos et jucundissimos accedentibus fore confido, adeo ut singuli ipsorum sufficiant non habentibus patrem.*

Non alieno ab ecclesiastica concordia animo Scholarium fuisse præter ea quæ supra dicta sunt, suadet particula epistolæ ad magnum ducem, quam aliena interpretatione corrupti Allatius, dum eam ex Græcia scriptam existimavit, cum ex Italia missa fuerit. *Nunc vero scito nos præclara omnino tranquillitatis initia experiri; quæ verba ad ec-*

Poggium de Philelph. Ep. ad Justinianum l. xvi.
(2) Anno 1438.

clesiasticæ concordiæ spem videntur referenda. A Sed quæ legitur act. 25 Florentini concilii in Græcis actis Georgii Scholarii Responsio, ejusmodi est, ut viro pio pacisque studiosissimo dignissima vidratur. Rogatus enim ab imperatore sententiam de unionis decreto, ita respondit (1): *Optime et potentissime imperator, quam ego quidem habuerim et nunc habeam sententiam de proposita unionis materia, indicat sermo a me utcumque compositus, et huic nostræ synodo oblatus, quo sacros hosce adhortabar Patres ad unionem et auxilium rebus Constantinopolitanis ferendum. Testantur etiam duo libelli, quos antea compositos, nunc præsentii synodo trado, quorum alter consilium dat ut fiat, et quomodo fieri debeat unio, et exponit quidquid aliud ad hanc materiam spectat: alter vero quæstionem ipsam tractat, eisque illi scopus ostendere doctores Ecclesiæ inter se concordēs esse non rationibus ac demonstrationibus humanis, sed sacræ Scripturæ et doctorum eorundem sententiis. Eisdem libros oblatos synodo fuisse testantur eadem Acta paulo superius: Post orationem Bessarionis obtulit nobis Scholarius dominus Georgius tres Orationes pro unione deliberativas, cohortans animansque nos ad amplectendam unionem. Vulgo existimant illas ipsas orationes esse quæ cum Actis concilii, et seorsim sub Georgii Scholarii nomine editæ sunt, contra quam sensit Matthæus Caryophyllus, qui hanc vulgarem opinionem solidissimis rationibus confutavit, adversus quas Allatiana defensio nihil aut parum facit. Sed de his, quia operosior quæstio est, dicetur ubi de operibus Scholarii disputandum erit. Id habet autem Caryophylli sententia commodi, quod si suppositas Scholario fuisse a Græcis concordiæ studiosis orationes istas statuimus, nulla ferme superest de uno vel geminis Scholariis et Gennadiis controversia. Qui enim fetum hunc celeberrimo apud Græcos schismatis tenacissimos auctori supposuit, potuit etiam nullo negotio Actis græcis inserere quæ illic ad illarum auctoritatem confirmandam leguntur. Nam si hæc pauca verba excipiuntur, et Marci Ephesii Epistola quæ ante paucos annos ab Allatio edita est, vix quidquam in illius sæculi monumentis occurrit, unde Gennadium sive Scholarium constet Ecclesiarum sancientiæ concordiæ navasse operam, cum in eadem disruptenda deinceps ad extremam usque ætatem pertinacissime occupatus fuisse videatur.*

Sive igitur, ut fieri omnino potuit, Georgius Scholarius Græcos Florentiæ ad unionem hortatus fuerit, sive secus egerit, id enim plane obscurum est, reversus cum Joanne Palæologo Constantinopolim, adjunxit se Marco Ephesio in oppugnanda unione quæ Florentiæ sancita fuerat. Atque illo, ut videtur, temporis intervallo scripsit Georgius multa adversus Latinos opuscula, quæ existant in

variis bibliothecæ Regiæ codd., nempe *Homiliam ad Ἀατινέσποννας de purgatorio, et Responzionem ad eorum objectiones; De processione Spiritus sancti, et alia quædam, de quibus dicetur suo loco. Hac occasione Georgius Scholarius in Joannis Palæologi offensionem incurrit, graviter commoti quod unionem tanto labore a se procuratam, et cujus beneficio auxilia ab Italis in summo rerum suarum discrimine necessaria sperabat, Scholarius voce, scriptis et auctoritate, quæ erat apud populares suos præcipua, disturbare conaretur. Testis ipse in Oratione apogetica ad Constantinum imperatorem, ita tamen ut Joanni simulatam potius indignationem quam sinceram ascribat. Deinde, inquit, optimo illo imperatore indignationem præ se ferens ob verorum dogmatum defensionem, committendum non existimavi, ut quibus fabula ignota erat, videretur quod me ira imperatoris ad Christi jugum compelleret, et quod invitus ad tranquillam vitam confugerem. Illam enim causam assignat, cur vivo Joanne votum monasticæ vitæ diu ante conceptum non impleverit.*

Eo etiam regnante, post reditum ex Italia scripsit Orationes in homiliarum modum multas, quæ legebantur concionis loco, vel scribebantur, postquam viva voce erant declamatæ, ut ex inscriptione quæ occurrit in nostro codice colligimus. Etsi enim laicum usque ad susceptam patriarchalem dignitatem Georgius Scholarius vixerit, vix tamen dubitare licet eum coram imperatore et senatu singulis sextis feriis ex suggestu concionatum fuisse, non quod magistratus ille quem gerebat, ecclesiasticam quamdam dignitatem adjunctam haberet, sed quia in imperatorio triclinio vespertinis et pomeridianis horis declamabat, non ex ambo, aut mane inter synaxes; hoc enim sacerdotum secundum ecclesiasticam disciplinam munus erat, et similes Leonis Philosophi et aliquot aliorum laicorum orationes existant.

Testatur ipse Scholarius reconciliatum tandem sibi fuisse extremo vitæ tempore Joannem imperatorem, jamque sibi non obscure faventem vitam cum morte commutasse. Quamvis porro apud Latinos omnes auctores et Græcos unioni ad dictos legamus imperatoris animum a concordia quam Florentiæ subscriptione firmaverat, nusquam fuisse alienatum; dissentiunt tamen schismatici ferme omnes. Ita legitur in titulo pseudosynodi Constantinopolitane, in Addendis apud Allatum (2): *Quæ, inquit, habita fuit post exactam pseudosynodum Florentinam unius et dimidii anni intervallo, et post obitum Joannis Palæologi qui cum Latinis sentiebat, ab Italis sub spe auxilii delusus, ante tamen obitum orthodoxo dogmati assensus præbuerat. Tunc Scholarius domesticis rebus ordinatis erat mox sese in monasterium recepturus, cum propositum mutare coactus est. Obiit eodem*

(1) Ex versione Caryoph. p. 478 edit. Par.

(2) Add. ad l. III De perp. cons. p. 1580 et seq.

circiter tempore Marcus Ephesius, paulo ante mortem Joannis Palæologi. Georgius morientis supremas voces excepit, et in ejus verba juravit, Deo et angelis in testimonium advocatis, servaturum se veterem fidem, et contra Florentinam unionem perpetuo ex amici et præceptoris sui sententia pugnaturum. Hæc ipse scribit in Epistola ad Constantinopolitanos tanquam notissima: mortuum vero oratione laudavit, quæ exstat in variis codicibus. Exstant quoque in codicibus Regiis extrema Marci Ephesii morituri ad Scholarium verba, quibus ipsi Græcæ Ecclesiæ et ejus dogmatum defensionem commendat: Scholarii quoque responsio, quæ hinc Epistolæ plane consentanea est.

Joanni Palæologo successit Constantinus frater, imperatorum Constantinopolitanorum postremus, exeunte anno Jesu Christi 1448. Apud quem statim Scholarium accusatus est, quasi ecclesiasticis, apud quos plurimum poterat, auctor fuisset procrastinandæ coronationis quæ ecclesiastico ritu cum variis precibus celebrari solebat. Neque negabat plane Georgius Scholarium differendam esse, donec Ecclesiæ et reipublicæ consulere; sed non alio id aiebat fecisse animo, quam ut labefactam majorum fidem restaurandam curaret, tam fidei quam imperatori consulens, ab hominum vero nefariorum consiliis alienissimus, quippe qui novum imperatorem singulari amore complecteretur, et ab eo in melius res suas commutatum iri speraret, cujus gratia adversam, ut sciebant omnes, fortunam fuisset expertus. Cum vero Constantinus imminens sibi, et quæ post annos vix quinque consecuta est, cladem metuens, auxilia ab Italici postularet, quæ Nicolaus V, pontifex Romanus, non aliter pollicebatur, quam si Florentinam unionem confirmaret, et ad eam amplectendam Græcos præsertim ecclesiasticos et monachos compelleret, missæ sunt a pontifice legationes aliquot Constantinopolim; prima videtur fuisse episcopi Cortonæ, qui cum Græcis theologis sæpius disputavit, annis circiter quatuor ante captam urbem. Græcorum partes tuebatur Georgius Scholarium, qui disputatione scripto complexus est, et variis opusculis Latinos refellendos suscepit. Meminit ipse in Epistola ad Constantinopolitanos scripta 29 Novembris anno 1452, in qua scribit perseverare se in ea doctrina quam exposuerat in disputationibus habitis adversus Cortonæ episcopum ad demonstrationem, inquit, ejus quæ apud nos est veritatis, et multis variisque operibus quæ scripta pro patria fide divino munere, ut etiam in confessione fidei suæ, vel potius catholicæ Ecclesiæ, quam ante annos tres elaboratam publicaverat.

Eo circiter tempore Georgius ob unionis odium, quo omnia imperatoris consilia vehementer turbabat, sibi, ut videtur, metuens sæculo renuntiavit, et in monasterium Pantocratoris urbi proximum se

recepit. Scripsit simul valedictoriam Orationem ad Constantinum, quæ exstat in codice Regio, quæ non solum eriminationes adversariorum eonatur diluere, sed sæpe in suis laudibus nimius, res gestas pro majorum religione tuenda, susceptosque labores in cælum tollit, ita ut vanitatis et proterviæ, in qua accusatus est, culpa non vacet. Cum hæc orationem scriberet, adhuc laicus in monasterio Pantocratoris residebat, unde migrans in Gard'neti, illuc schema sive habitum religiosum accepit. Ita docet nos hujus orationis inscriptio in Regio codice. Videtur autem simul accepisse nomen Gennadii juxta vulgarem apud Græcos consuetudinem, ut qui mundo per vitæ monasticæ professionem renuntiarent, etiam nomen antiquum quasi per alteram nativitatem mutarent: mox enim Gennadius vocari cœpit, atque alio antequam patriarcha designaretur, contra quam ex Malaxo *Historia politica*, et quibusdam aliis auctoribus docuit Allatius. Quo solo argumento, etsi nullius ponderis, totam de Juobus Gennadii disputationem superstruxit. Unde etiam refellitur altera ejus historica observatio circa Gennadii professionem monasticam, quam abdicata patriarchali dignitate, et quinquennio post captam urbem factam existimat, cum novennio plus minus abdicacionem præcesserit. Nec enim Malaxi et Theodori Zygomalæ, qui *Historiam politicam* concinnavit, tanta est auctoritas, ut auctorum æqualium testimonia labefaceret. Nam Michael Ducas ante captam urbem Gennadii monachi nomine designat eum qui antea Georgius Scholarium dicebatur.

Cum Gennadius sæculo valedixisset, misit imperator ad Nicolaum papam Briennium Leontarem. Isidorus cardinalis Russiæ paulo post a Nicolao V legatus Constantinopolim venit anno 1452, ut Ducas in *Historia* docet (1), quo nemo melius ecclesiasticas res illius temporis videtur explicasse. Is igitur legatum Constantinopolim appulisse scribit mense Novembri, anno secundum Græcos 6961, qui erat Christi 1452; habitis de Ecclesiarum concordia sermonibus, imperatorem et quosdam ecclesiasticos consensisse ut unio Florentina observaretur, ecclesiasticorum et monachorum plures et præcipuos ab ea fuisse alienissimos: *Nihilominus, inquit, qui Henotico obtemperare videbantur clerici, sacerdotes et diaconi, imperator et senatus in Magnam Ecclesiam convenerunt, ut concordibus animis et unitis divinam liturgiam celebrarent, sinceraque mente vota Deo redderent. Tum etiam schismatici ad Pantocratoris monasterium currunt, Gennadium antea Georgium Scholarium adveni, consiliumque ab eo quomodo se gerere debeant petunt. Is inclusum se cella tenebat; accepta ergo charta, sententiam suam consiliumque rogatus, scripto aperuit, quo Italia continebantur: Miseri Romani, quare aberratis, etc., quæ apud Ducam leguntur. Hæc et alia*

(1) Ed. reg., p. 142.

cum scripsisset, cellæ suæ januā a cunctis postea **A** lecta clavo affixit, iterumque intra eam se conclusit. Scilicet ex variis et aliis hujus temporis actis et epistolis intelligitur post habitas cum episcopo Cortonæ et aliis Latinis de unione disputationes, Gennadium se in cellam receperat, neque prodibat in vulgus, ita fortassis jubente Constantino, vel cogente potius, ne unionem, quam sive per dissimulationem, sive sincero animo conabatur procurare, viri apud plebem et ecclesiasticos acceptissimi auctoritas disturbaret. Questus est ipse sæpe intentatas minas; atque ea potissimum causa fuisse videtur servati per annos admodum duos silentii statim post susceptum religiosum habitum. Eo temporis intervallo scripsit Orationem contra Simoniacam hæresim ad Constantinum, duobus ante excidium urbis annis, cujus titulus in cod. Reg. talis est: Γενναδίου μοναχού του Σχολάρου κατά της Σιμωνιακής αίρέσεως, ήτοι άπιστίας. Έγράφη δουλν έτερι πρό της άλώσεως, και επέμφθη τῷ βασιλει Κωνσταντινῳ, άλλ' εκείνος ούδέ τι βελτίον ήν. *Gennadii monachi, qui et Scholarius, contra Simoniacam hæresim, sive infidelitatem. Scripta est oratio duobus annis ante captam urbem, et missa imperatori Constantino, sed ille nihilo melior effectus est.* Epistolam item ad eundem, cujus initium est: 'Αλλ' ούκ έξεστι μῦθαχοίς, άριστε βασιλεῦ, σπαινοίς και δυσπειρίστοίς τρέφεσθαι βρώματιν. *Verum non licet monachis, optime imperator, variis nec facile parabilibus alimentis uti: quæ officii tantum causa scripta videtur, ut de misso fortassis munusculo gratias ageret.* Exstat decima in cod. Reg.

Scripsit etiam homilias quasdam, sed controversiis ecclesiasticis plane se non immisit usque ad adventum cardinalis Russiæ. Nam paulo ante quam adveniret, scripsit Gennadius ad 'Αγιορείτας, hoc est sancti montis Atho monachos, Epistolam hortatoriam, ut in antiqua fide, omnia synodi Florentinæ definitione, permanerent; quam epistolam misit per ejusdem montis monachos duos Anastasium et Simonem, ut ipse in ejusdem epistolæ fragmento testatur. Scripsit etiam ad imperatorem 12 Martii, eodem ut videtur anno, vel 1453, paulo ante eadem. Orationem quoque recitavit coram eo, magna nobilium civium frequentia, in monasterio Pantocratoris seu Omnipotentis, περί τῆς έλεώσεως του θεου και οξοθεν παρασκευής, *De placando Numine et interiori præparatione*, 15 Novembris anni 1452, forte antequam legatus venisset; nam imperatorem omnino dehortabatur Gennadius ab unione Florentina observanda; quod præsentente legato nec ipse ausus fuisset, nec passus imperator. Cum vero, ut supra ex Duca dictum est, frustra plerisque reclamantibus renovata esset unio, statim eam voce et scriptis Gennadius impugnavit. Exstat ea de re opusculum virulentissimum hoc titulo: Γενναδίου έλαχίστου Σχολάρου επί την διέκατάλειψιν θεού ματαίαν και άλογον και άσού δε-

τον καινοτομίαν τῆς πίστεως; *Gennadii minimi Scholarii de ea quæ per Dei desertionem facta est vana inepta et inconcinna fidei innovatione.* Scriptum fuit in monasterio Pantocratoris, in quod venisse Gennadium intelligimus, imperatore ita jubente, existimante illum si Latinismum, ut vocant, amplexus fuisset, reliquis ut idem facerent statim persuasurum; sed contrarium prorsus accidit. Neque enim a sententia sua removeri Gennadius potuit, nec efficere ut negotium unionis omitteretur, quæ ut ex Scholio cod. Reg. discimus in eodem monasterio perfecta est uno mense postquam Gennadius orationem suam recitasset. Unde turbatis jam omnino rebus, et Turcis urbem obsidione cingentibus, unionem liberius cœpit impugnare, et Latinismo insultare petulantius.

Interea cum, ut scribit Ducas, cella se iterum conclusisset, et neminem admitteret, scripsit epistolas duas, unam ad Constantinopolitanos omnes ecclesiasticos et laicos, 27 Novembris datam, cujus titulus est: Γεννάδιος ό άρματωλός, του θεου δουλος και έλαχίστος, τοις εύγενεστάτοις πολιταις της Κωνσταντινουπόλεως, άπαισιν Ιερωμένοις και κοσμικίς: *Gennadius peccator, Dei servus et minimus, nobilissimis civibus Constantinopolis, omnibus tam sacri ordinis quam secularibus.* Hæc ita incipit: Γινώσκατε πάντες καλώς. Alteram ad ecclesiasticos, quæ eodem tempore data videtur, et missa dicitur ad magnum ecclesiarcham, Syropulum scilicet auctorem Historiæ synod. Florentinæ, magnum Charophylacem Agallianum, quando ecclesiastici convenire jussi sunt in palatium Xylocerci, et celebrata est Liturgia, cum omnia ex sententia cardinalis et trium pontificum anni istius gesta essent 13 Nov. In ea excusat se quod non venerit, testaturque se cum milites exposnerit sententiam de hoc unionis negotio suam, displicereque sibi illam vehementer, tam imperator quam reliqui omnes intelligant in eadem persistere. Mox unionem et Latiniæ Ecclesiæ fidem vehementer exagitat.

Scripsit præterea, ut Ducas observat, brevem contra Latinismum querimoniam; sed quæ ab illo auctore refertur, differt ab altero ejusdem exemplo, quod suppeditat codex Regius in hæc verba: *Οπαρπερες ci ves, perdidistis omnia, et nunc tandem abjicitis pietatem turpiter et absque conscientia. Cum enim deberetis ad Deum confugere in præsentem rerum statu, a Deo separamini. Ego immoxius sum, testemque habeo Deum, ejus sanctos et vos ipsos, quod nihil unquam neglexerim. Et nunc ita me Deus juret, malam unionem facitis, peribitis. Calumniamini me, et minas intentatis; sed etiamsi mortem quam minamini inferatis, ego ad illum subeandam paratus sum. Quid enim juvat vivere, ut videam Dei tam manifestam erga vos derelictionem? Domine, ne sinas hos homines in talem ruinam præcipitari, ne justificentur orthodoxa fides in Oriente, in Occidente et in insulis contra nostram urbem, ita ut quia illam et te negleximus, pereamus. Justificet votius illum. ita ut*

non percamus. Da illis aures ad audendum, quandoquidem est qui verbis significet voluntatem tuam, aut me eripe, Domine, a presenti vita citius, antequam videam talis impudentiæ fructus vindemiantem. Non negabo te, amica orthodoxia, neque te mendaciter dissimulabo, angusta traditio, quousque spiritus meus in hoc corpore permanebit. Ne me igitur amplius tentetis, o homines; etenim nunquam ego ejusmodi unionis particeps ero, quia neque sic cum Latinis uniri eritis, et a Deo separati, infamiam æternam sustinebitis. Neque tamen velim in dubium revocari quod a Duca relatam exemplar est, quod quisque per otium potest cum altero comparare. Affixum autem perpendi a prima mensis Novembris, ut inscriptio docet, post cardinalis adventum, ut habet codex mss. his quoque postremis temporibus, aut saltem ultimo Constantini anno, alia scripsit Gennadius adversus Λατινῶνρονας, ut duodecim Capitula ad imperatorem Constantinum missa per papam Ignatium, alia ad magnum ducem: metropolitanarum subscriptiones, sive synodales definitiones adversus Florentinam unionem, et diversas Apologias legato aut episcopo Cortonæ pro Græcia contra Latinos datas, quæ non alium quam Gennadium auctorem videntur habuisse.

Quantus fuerit Græcorum schismaticorum, præsertim monachorum et monialium, adversus Henotiros furor, narrat Ducas (1), et variis exemplis confirmat. Omnes Gennadium quasi ducem et magistrum sequentur, ex cujus sententia a Latinorum et Henotiorum communione separati, non modo turbas in Ecclesiis, sed tota passim urbe seditionem fecerunt. Quæ dum a Turcis obsideretur, Gennadius sæpe vaticinatus est apud suos imperii ruinam et urbis cladem, non aliam tot malorum

(1) P. 112.

(2) Locum ex Turco-Græcia petiitum cum interpretatione nostra subiicimus. Erir.

Μνήσθητε, ἀδελφοί καὶ πατέρες, πόσον τε καὶ ποταπὸν ὑπέρχε τὸ γένος ἡμῶν. Ἦν γὰρ σοφὸν, ἐνδοξόν, γενναῖον, φρόνιμον, ἀνδρείον, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑποτάξαν εἰς μοναρχίαν, καὶ μὴν καὶ τὴ κατ' ἀρετὴν σπουδῆ τε, καὶ ἀγῶσύνῃ καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀπομαζόμενον τὴν καθόλου ἀρετὴν, καθάπερ σπόγγος τὰ νάματα. Ἀλλὰ νῦν, φεῦ τῶν κακῶν! ἀπόλετο πᾶν. Ἐάλω γὰρ ἡ Κωνσταντινούπολις, ἥς μόνον ἐν τῷ μνησθῆναι, ἔστιν ἐκρῆσαι φω. ἦν μετὰ κρυψῆς καὶ ὀλολυγμοῦ, καὶ πνεῦσαι τὰ λοιπὰ. Ἀλούσης γὰρ, ἐμιάθη θυσιαστήρια, κατεπατήθη τὰ ἱερὰ, χυσις αἵματος πολλὴ γέγονεν. Ἐμιάθησαν μοναστήρια, ἐφθάρθησαν παρθένοι, ἀπεκεφαλίσθησαν βρέφη. Ἀπέθανον μαχαίραις τῶν ἀσεβῶν, ἀρχόντες, ἱερεῖς, ἄνδρες, γυναῖκες, ἡλικία πᾶσα. Οἱμοὶ τῷ ταλαιπώρῳ τε καὶ ἀλλῶ! Τίς ἱκανὸς ἐκτραγῶδῆσαι τὸ μέγα τοῦτο πάθος, καὶ τοῖς εἰς ἔπειτα ἀναγγεῖλαι τὴν συμφορὰν; Φεῦ! ποῦ ἡ βασιλικὴ παράστασις καὶ παράταξις; ποῦ ἡ τῶν παλατιῶν σύνταξις; ποῦ ὁ τοσοῦτος ἐσμός; τῶν ἀρχόντων; ποῦ τὰ παιδευτήρια τῆς σοφίας; Οἱμοὶ τῷ κάλαμ! Ποῦ ἡ πατριαρχικὴ διοίκησις; ποῦ ἡ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας καλλονή; ποῦ ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικούτος τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ μοναχικοῦ τάγματος; χορὸς; Κατεπίθησαν ὀπὸ τοῦ Νικαίμαθ. Καὶ οὐκ ἐν τῇ βασιλευσούσῃ μόνη τὰ κακά, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς μετ' αὐτὴν εἰ καὶ πλεῖω καὶ χεῖροιστα. Γαῖα δὲ παντα ὀκτὰ τὰς ἀμαρ-

A causam assignans, quam quod paternam fidem prodidissent, et Latinis hæreticis fuissent per legatum reconciliati.

Capta est urbs 29 Maii ann. 1453, et eodem anno Gennadius, quo nullus Græcis acceptior, sultani Mubamedis jussu electus est patriarcha, ut Malaxus *Historia politica*, Phranzes et alii docent. Fugerat cum aliis, et extra urbem se receperat, atque eo intervallo temporis quod ab urbis excidio ad ejus electionem effluxit, Monodiam scripserat, qua publicam deploravit calamitatem. Exstat illa in variis codicibus, et partim edita est in *Turco-Græcia* et in *Bibliotheca Patrum* (2). Qua ratione a thronum patriarchalem assumptus fuerit, refert ipse in Epistola, cui titulus, *Τὸ εἰς πάντα τοῖς πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Ad omnes fideles in Christo Jesu*, cum dignitatem abdicavit. Multi, inquit, eo die liberabantur ab iis qui prius qua se ratione eriperent nesciebant. Ego vero pondus inutile in victorum hostium manibus eram, cum semel amicos exorasse, et iis nolentibus succurrere, Deo omnia commissem. Ego quidem non mediocri pecunia redemissem licentiam latendi alicubi, et communes calamitates cum peccatis meis deplorandi. Sed huic Domino latitantem manifestaverunt, hunc ipsum esse vociferantes quem oporteret animarum nostrarum curam gerere, simul laudibus ad cælum tollentes, quem latentem salvare oportebat, si vere talem esse ipsi apud se existimassent, non ejusmodi labyrinthi includere.

C Statim itaque raptus sum ex remotiori loco, et ingredior urbem magis infelicitate, quam cum ex ea egressus eram. Sed transferente Domino, jubeor monasterium plane desertum et conculcatum regere, et liberator absque pecunia fieri monachorum qui simul degerent, monachorum qui prius malitia et tu-

τας ἡμῶν. Ὅταν δὲ πρὸς ταῦτα ἀποβλέψω, ἄλλος ἐξ ἄλλου γίνομαι, ἡ ψυχὴ μου ταράττεται, καὶ λαίψω μὲν τὸ πνεῦμα.

Mementote, fratres patresque, quam egregium quamque præclarum genus quandam fuerit nostrum; quod doctrina, gloria, nobilitate, ingenii acuminis, fortitudine omnem terrarum orbem in monarchiæ formam redegit. Nostra enim gens virtutis studio et morum integritate omnem prorsus virtutem, ut sponsa aquam, absorbit. Nunc autem, eheu! omnia funditus pessum ire. Capta enim est Constanti-nopolis, quæ calamitas sola vocem suffocat et suspiria ac gemitus ciet. Ilac enim disrepta civitate, altaria inquinata sunt, templa sacriægo pede profanata, sanguis multus effusus, monasteria polluta, virgines violatæ, teneri adolescentines capti plexi, impiorum ensibus trucidati sunt magistratus, sacerdotes, viri, uxores, omnis juvenus. O me miserum! Quis huic calamitati, huic miseriæ posteris enarrande par erit? Quid splendor et gloria imperatorum, quid palatiorum magnificentia facta est? quo magistratum multitudinem, quo sapientia academici abierunt? Proh dolor! ubi sedes patriarchæ? ubi Christi Ecclesiæ niter? ubi ordo sacerdotum ac monachorum? Mahometes omnia devoravit. Et non in urbe regina solum res in angustiis jacenti, sed multo pejora in provinciis grassantur ac sæciunt. Omnia autem ista mala propter peccata nostra ortum habuere. Hæc omnia intuentis animus ex intimo perturbatur, et mens titubet.

multa omnia impleverant, qui etiam nunc plusquam opus erat præterentes Christianorum calamitates, occasionem explendi concupiscentiam nacti, infamia quidem sacrum olim ordinem, scandalo spectantium animas, omni malo totum orbem repleverunt. Deinde edificare cogor, templa eversa a fundamentis excitare, et necessaria providere istis, utinam Christianis, qui singulis in locis reperiuntur, qua ratione secundum legem patriam viverent, Deumque colerent non curabant. Deinde coacta est synodus multorum episcoporum ex Europa et Asia confluentium, quorum suffragiis ego primum diaconus, deinde presbyter, deinde episcopus et patriarcha constituor.

Quæ in patriarchali munere constitutus Gennadius gesserit, vix aliunde habemus, quam ex Historia ecclesiastica Græco-Barbara (1). Cum Turcæ Sanctæ Sophiæ templum et patriarcheum occupassent, ipse ad SS. Apostolorum monasterium se recepit, vastum et jam solitudine horridum, unde eodem aut sequenti anno fugit, veritas ne cædis commissæ erga Turcam, cujus cadaver intra muros repertum erat, pœnæ a Christianis exigenterentur. Videtur porro Gennadius urbe profugisse, nam tres βιαιὰς ἀνδρός, sive violentos in urbem regressus commemorat in aliquot opusculorum titulis juxta antiquissimum Regium codicem. Ter autem urbe excessit, semel cum hostis irumperet, iterum post cædem quæ intra muros SS. Apostolorum patrata est; tandem deposito patriarchali munere cum se recepit in monasterium Prodromi ad Menœceum montem, unde compulsus est in urbem redire, et tunc aliquas Homilias ad populum habuit. Hinc emendanda quæ ante paucos annos prodit Philippi Cyprii Patriarchalis Historia, qui statim patriarchas Constantinopolitanos ad Pammacaristæ habitasse scribit contra historicorum omnium fidem, ut et multa alia quæ hunc auctorem sive potius consarcinatorem sæpe hallucinatum esse demonstrant.

Cum ex fuga rediisset, sed quo anno nescitur, habuit Gennadius orationem sive disputationem illam celebrem, quæ Græce, Latine, imo et Turcice, sed Græcis litteris edita est, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνθρώπων. Occasionem narrat Historia Græco-Barbara (2). *Eo tempore, inquit, idem sultanus ipsemet intravit patriarcheum, cumque in templo Pammacaristæ venisset, in sacellum ingressus est, ubi hodie armarium rerum sacrarum est, et cum patriarcha Gennadio libenter sermones contulit. Tunc omni motuposito, universam ei patriarcha veritatem fidei Christianæ aperuit, scripsitque pro numero questionum ejus capita viginti... quæ et dedit sultano.* Subjiciuntur autem hæc capitula loco citato, cum Turcica interpretatione Acumatis sive Achmetis Berrhææ præfecti. At in nostro codice non per quesita et responsa hæc

A Apologia scripta est, sed continua oratione, qualem coram sultano Gennadius habuit, antequam compendiarium illam Christianæ fidei expositionem scripto complecteretur. Editam est quoque oratio ipsa multoties, tum scorsim, tum in *Bibliotheca Patrum*.

Paulo postquam hæc orationem habuisset Gennadius, patriarchali se dignitate abdicavit, ægre obtenta a sultano venia; mox epistolam seu potius prolixam Orationem apologeticam scripsit ad omnes fideles in Christo Jesu, τοῖς πανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Narrat quomodo post prædictam serpius urbis et totius imperii cladem cumminationemque divinæ vindictæ ob susceptum Latinismum, capta urbe in hostium manus venerit, et ex fuga retractus, patriarcha renuntiatus fuerit, licet invitus: cui tandem muneri, statim atque per sultanum licuit, renuntiandum statuerit, tum quia destitutus esset eorum auxilio, qui oneris partem secundum ecclesiasticas leges sustinere debuerant, tum ob impensos inaniter labores in auferendis scandalis et componendis simultatibus. Varias etiam calamitates refert, quas ab invidis fuisset perpressus, qui patriarchatum non obscure ambientes, multa ipsi negotia facebant: significat tandem se dignitati renuntiare, ut jam sibi soli vacet, pœnitentiamque in tranquilla et solitaria vita de peccatis suis agat. Hæc est illa παρατήρησις, quam in codice Ecclesiæ Constantinopolitanæ descriptam fuisse memorie et auctoritatis causa docet *Historia ecclesiastica*, apud Crusium (3).

Mox recepit se Gennadius in monasterium S. Joannis Baptistæ in monte Menœceo prope Seras vel Pherras, ut scribitur in cod. Regio, cum annos quinque et menses aliquot Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuisset, atque ita ejus abdicatio ad annum 1459 refertur. Videtur tamen aliter statuendum; nam titulus Orationis quam habuit Gennadius in funere Theodori Sophiani, sui ex fratre nepotis, docet pronuntiatam fuisse 28 Septembris anno 6965, secundum Græcos, hoc est anno Christi 1457 a Gennadio monacho. At vulgo non ita appellatur in titulis eorum opusculorum quæ in patriarchatu scripsit. Quæ conjectura confirmatur altera satis verisimili. Nam in monasterio Joannis sive Prodromi, multa Gennadius elaborate scripsit, quæ si secundum Panvini et Genebrardi chronologiam, obiit anno 1460, unius anni intervallo vix poterat absolvere. Tales sunt tractatus *De Existentia et natura animarum, de Purgatorio, de Prædestinatione*, ad Josephum Thessalonicensem; tres alii de Prædestinatione Sermones, Epistolæ ad Theodorum Brennum sive Briennium, et alia nec pauca nec extemporanea. Unde cum nemo huc usque ex certis Græcæ Historiæ monumentis annum Gennadii

(1) Turcogr. I. II. p. 108.

(2) Ibid. pag. 109.

(3) Ibid. pag. 120.

supremum designaverit, si quis eum ultra annum 4460 vitam produxisse statuatur, non inaniter videbitur conjectari. Nam in Regio cod. Homilia de transitu B. Mariæ virginis scripta Constantinopoli dicitur in monasterio Pammacariæ, cum tertio in urbem redire coactus fuisset anno 66', hoc est, ut nemo non intelligit, 6972, secundum Græcam chronologiam, qui annus respondet anno Christi 1464, cuius certus character est indictio 12, quam huic anno adjunctam habet Canon annorum expansorum ab Allatio editus, in opere *De dominicis et hebdomadibus Græcorum* (1). Scripsit etiam opusculum Περί τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, post abdicatam dignitatem in Menæceo monte et monasterio Prodromi an. mundi 6966, qui est Jesu Christi 1458. Itaque jam ab anno 1458, aut 1457, si vera est inscriptio Orationis in funere Sophiani, Gennadius monachus vocabatur, et patriarcha esse desierat, cum, si Malaxo et Historiæ barbaræ fides habenda est, non ante 1459 privatam vitam repetiisse videatur. Tum etiam non recte statim eum obisse scribunt, cum annos ut minimum quatuor supervixerit. Atque hæc sunt quæ de Gennadii vita et rebus gestis in tanta historiæ recentioris caligine observare potuimus.

Multa scripsit Gennadius præter ea quæ variis locis dudum edita sunt. Nam quæcunque tribus suis Georgiis sive Gennadiis Allatio attribuit, hunc nostrum auctorem habent; sed plura longe in bibliothecis delitescunt, quorum indicem qui leviter inspexerit, mirari desinet virum doctissimum parum accuratam in iis recensendis criticen exercuisse. Vix enim quartam eorum partem viderat, et plerumque alienis oculis. Neque tamen etsi plura et certiora designamus, omnia Gennadii opera existimabimus explicasse. Sparsa siquidem et disiecta hinc inde scrinia a studiosis post illius mortem collecta sunt, atque ita non mirum est quædam intercidisse. Homiliæ ante patriarchatum scriptæ, Constantinopoli repetitæ sunt post captam urbem, quædam Thessalonicæ et Callipoli, ut alia ejusdem scripta, quæ deinceps recensebuntur, adeo ut mirari nemo jure queat quod nonnulla perierint in tanta reipublicæ et Ecclesiæ Græcæ calamitate.

Ex iis quæ supra exposita sunt, manifestum est Georgium Scholarium Philelpho, Lipomano, Ambrosio Camaldulensi Latinis hominibus conjunctissimum, Græcis vero Lucæ Notaræ, Theodoro Despotæ, et aliis, eundem judicis primarii munus in aula Joannis Palæologi sustinuisse, Florentiam in ejusdem imperatoris comitatu venisse animo prompto et alacri ad procurandam utriusque Ecclesiæ concordiam, ita tamen ut ab episcoporum et patriarchæ nutu penderet, cum laicus inter eos sententiam dicere non posset. Eo fortassis animo apud imperatorem exposuit quid sibi factu optimum videretur, et consilium de amplectenda unione dedit.

(1) *De consensu*, p. 1522.

(2) *Hist. eccl. Flor.* p. 245.

quod refert Græcorum actorum scriptor: cuius idcirco fides vacillare non debet. Sylvester enim Syropulus (2) Latinismi non suspectus, refert formulam concordiæ circa quæstionem de processione Spiritus sancti, quæ a Georgio Scholario composita, coram imperatore et Græcorum præcipuis lecta fuit. Orationum quæ cum iisdem actis circumferuntur, nulla in nostris codicibus memoria est, neque illarum meminit Sylvester Syropulus, et eas Georgio Scholario Matthæus Caryophyllus adjudicat. Etsi enim non indiligentiæ solum nomine, sed perpetuo adversus Latinos odio suspicissimus Syropulus esse debeat, nemo tamen Græcæ recentioris historiæ vel mediocriter peritus, cuiusdam critici præposterum iudicium quo homini fidem omnem adjudicat, sequendum existimabit. Sed Allatio potius credet, qui Sylvestrum agnoscit auctorem unum ex assediis patriarchæ, non eum tamen qualem e cerebro suo effinxit temerarius interpret (3), *linguam et mentem synodi Græcorum, doctum, elegantem, antiquis Græciæ luminibus comparandum*, cum pessime scribat et semibarbare. At ille Georgium Scholarium in synodo cum Marco Ephesio unionem impugnasse non refert, atque ita Actorum Græcorum fidem non impugnat, eum eo tamen Florentia se proripuisse testatur peracta synodo. Nullus interea occurrit sive apud Græcos auctores editos sive manuscriptos aliter, quem Caryophyllus et Allatio designant, Georgius Scholarius, qui Constantinopoli substiterit, cum Joannes Palæologus et Josephus patriarcha, simul cum Græcis aliis, Ferrariæ et Florentiæ unioni sancienti operam darent.

Marco Ephesio utebatur familiarissime noster Georgius; duos autem ejusdem nominis et cognominis eodem tempore, summa doctrinæ, præsertim vero philosophiæ Platonicæ et Aristotelicæ, laudat floruisse, iisdem amicis usos, cum circa religionis negotium vehementissime dissiderent, id quidem fieri vix potuisse nemo non videt. At ex meris conjecturis ita statuere, ut Caryophyllus et Allatio fecerunt, sine ullis auctorum testimoniis, confusa et insuper habita temporum ratione, absurdum prorsus est et excusatione caret. Neque enim, ut ita apud se haberent, cæterisque suadere conarentur, alia causa fuit, quam quod Georgium Scholarium, qui Florentino concilio cum purpuratis aulæ Constantinopolitanæ interfuit, ex suasoria oratione qua Joannem Palæologum hortatus est ad unionem, Catholicis adjunxerint, quem demceps Constantinopolim reversum non agnoscunt. Tunc enim contraria prorsus sensus illum, certis argumentis ex historia illorum temporum constat, maxime vero scriptis in Latinos acerbissimis, quæ tam singulares Georgii Scholarii auctoris notas præse ferunt, ut benignam nullam interpretationem aut falsæ inscriptionis accusationem admittant. Hoc

(3) Rob. Creyghthonus in Præfat. ad Syropuli Historiam.

autem solo argumento tota Allatianarum disputationum strues nititur, tam in opere *De perpetuo consensu*, quam in *Diatriba de Georgiis*, et in *Exercitationibus adversus Robertum Creyghionum*. Quod argumentum cogit nos ut de fide Georgii Scholarii sive Gennadii quæstionem instituamus, tanquam institutæ disputationi necessariam.

Statim vero fatendum est non plane constare quæ Florentiæ circa unionem Georgii Scholarii sententia fuerit præterquam ex citatis Actis, act. 25, quæ non quibusdam regiis codd. solum, sed libris vetustis consentiunt antequam Græca Romæ prodirent, atque adeo falsitatis aut interpolationis suspicione vacant. Eum enim reconciliandis in pristinam concordiam Ecclesiis fuisse haud mediocriter, non Actorum sola fides confirmat. Ea sive Xanthopulum sive alium auctorem habeant, præstant sane salebrosis Syropuli narrationibus, tum naturali quadam simplicitate et nitore orationis, tum etiam rerum gestarum historia quæ ab Actis Latinis raro dissentit, cum monumentis ecclesiasticis utraque lingua exstantibus, tam editis quam mss., nullo negotio potest conciliari. Ex illorum autem testimonio, ex Epistola ad Magnum duces et altera ad Ambrosium Camaldulensem, non dubitamus asserere Scholarium cum Græcis aliis præsertim patriarcha Josepho unioni fuisse et imperatorem scripta oratione hortatum fuisse, ut illa secundum propositam a Pontifice Romano definitionis formulam componeretur. Orationes tamen illas secundum Caryophylli sententiam aut falsas, aut admodum interpolatas esse, non immerito suspicamur. Nam in plerisque exemplaribus mentio captæ urbis interseritur, cujus clades cum nonnisi post annos duodecim consecuta sit, locum illic non habebat. Ita etiam suadent alia non pauca, quæ in his orationibus a viris doctis observata sunt. Hac occasione propensioris in Latinos animi videtur Marcus Ephesius, arctissima cum Scholario amicitia conjunctus, scripsisse ad illum epistolam, quam edidit Allatius, communicatam a viro cl. Emerico Bigotio, qui eam ex Ambrosianæ Biblioth. Mediolanensis cod. descripserat, et quam integerrimam nacti sumus in optimo codice ms. biblioth. Reg. (1) : Ὁσως ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς ἤνικα τῆς δρθῆς πίστεως; ἐγένου, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς καὶ πατρῖου φρονήματος, καὶ τῆ καταδικασθεῖση παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν συνηγόρησας ἀληθείᾳ, ποσαύτης ἐκ τοῦ ἐναντιοῦ λύπης καὶ κατηφείας ἐνεπλήσθημεν, ἀκούσαντες μεταθεῖσθαι σε πάλιν καὶ τάναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονόμοις συντρέχειν ἐπὶ τὰς μεσότητας καὶ οἰκονομίας. *Quantum voluptatis et lætitiæ nobis attulisti, cum rectam fidem, et piam patriamque sententiam amplextus es et condemnatæ ab injustis iudicibus, veritatis patrocinium suscepisti; tantum e contrario mœrore et*

tristitia repleti sumus, cum ad aures nostras peruenit, te rursus alterata facie pugnantia tenere loquique et cum pessimis œconomis una conflueres ad procuranda media unionis et dispositionis. Ita vertit Allatius; melius dixisset, ad media quædam et temperamenta; id enim, ut ex Actis constat, catagebant imperator et patriarcha, Bessarion, Isidorus et alii, quorum in numero tunc erat Georgius Scholarius, ut salva doctrina, integraque disciplina quas a majoribus acceperant, concordia cum Latinis coalesceret.

Quod vero synodum Florentinam designet Ephesius, probant subsequencia Epistolæ verba Ἄλλ' ἐρεῖς ἰσως ὡς οὐκ ἐπὶ τάναντία γέγονεν ἡ μετάθεσις, μεσότητα δὲ τινα καὶ οἰκονομίαν περισκοποῦμεν· οὐδέποτε διὰ μεσότητος, ἀνθρώπε, τὰ ἐκκλησιαστικὰ διωρθώθη· μέσον ἀληθείας καὶ ψεύδους οὐδέν ἐστιν. *Forsan asseres non in contraria mutationem factam, medium vero quoddam et temperamentum investigamus. Nusquam, mi homo, ejusmodi mediis res ecclesiasticæ in melius reformatæ sunt; medium inter veritatem et mendacium nullum est.* Citat verba Gregorii Theologi de synodis Arianorum, quas Caiphæ concilium vocabat, ubi Christus condemnatus esset, mox addit: Ἄρ' οὐ προσήκει ταῦτα τῇ νῦν ἡμετέρα συνόδῳ· καὶ πάνυ μὲν οὖν, φαίην ἂν ἐγωγε. Et infra: Καὶ ἰστέν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ θντος ἰστέν ἀράχνης ὁ παρ' αὐτῶν συνθεῖς καὶ ὀνομασθεῖς ἔρος. *Nomine hæc conveniant huic nunc congregatæ nostræ synodo, et omnino sane mea quidem sententia... Telam aranearum texunt; vers enim aranæ tela est, composita et ab ipsis nominata definitio.* Hortatur fugere Sodomam et Gomorrhiam; reprehendit quod dignitatis et divitiarum amor, et alia mundana commoda eum perverterint, jubet cogitare quam cito finem acceptura sint et iudicium subeundum. Ὅσπερ ἡ ψευδώνυμος σύνοδος ἀπαίτησεται τὸ αἷμα τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν, τῶν σκανδαλισθέντων ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς πίστεως, τῶν τὴν ἀφόρητον βλασφημίαν καὶ ἀσυγχώρητον ταῖς ψυχαῖς ὑποδεξαμένων τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ εἰς δύο τολμώντων ἀρχὰς ἀναφέρειν τὴν αὐτοῦ ὑπαρξίν, τῶν ὑπαχθέντων τοῖς ἀθέτοις καὶ λατινοῖς ἔθεσιν: *Ut etiam pseudosynodus rationem reddere cogetur sanguinis pereuntium animarum, eorum qui scandalizati fuerunt in mysterio fidei, qui intolerabilem blasphemiam et irremissibilem contra Spiritum sanctum amplexi sunt, quique attendunt ad duo principia ejus subsistentiam referre, qui illegitimis Latinorum ritibus abduci se passi sunt.*

Hanc Epistolam Florentiæ scriptam oportuit statim atque Scholarius orationem illam exhibuisset, cujus in actis Græcis mentio est, vel saltem paulo postquam Constantinopolin Græci redierunt. Neque interest quod uterque Ephesius et Scholarius

(1) Allatius in Creygh., p. 88.

Florentiæ simul essent. Sed Ephesium verisimile est quo plus haberet ponderis ejus oratio, eam scripto comprehendisse. Sane tam perspicua synodus Florentinam designat, ut Allatius ipse, qui nodos ejusmodi sæpius rescindere quam explicare solet, aquam sibi hæcere non diffiteatur, sed recurrit ad suum illum Scholarium sive Gennadium schismaticum, ad quem datam arbitratur, nulla ratione fultus, quam quod si ad Scholarium qui cum imperatore ad concilium venit, scripta sit, coincidit tota duorum Gennadiorum fabula. At cum liquido appareat non alium hoc loco designari, quam virum doctissimum, philosophum, in amplissima dignitate constitutum, qui ad concordiam reliquos hortatus fuerit, quod de suo Gennadio schismatico ne suspicatur quidem Allatius, hæc in larvam illam cadere non possunt, Gennadium nempe alterum, qui obscurus in cella, solo in Latinos odio commendatus, ante captam urbem diem suum obiisse dicitur.

Verum etsi Scholarium Florentinam unionem oratione laudaverit, non tamen eam subscriptione firmavit, cum laici non subscripserint. Atque ita nihil propemodum egisse sibi visus est, quasi oratoris potius more sententiam dixisset imperatori perjurandam, Græcorumque afflictis rebus commo- dissimam. Atque ita Constantinopolim reversus, Marco Ephesio reconciliatus est, et a Latinis Hæreticis abalienatus, unde in Joannis Palæologi offensionem incurrit, quod habemus ex ejus Apologetica ad Constantinum oratione, quæ Allatio nunquam visa est. Nulla toto intervallo temporis quod inter Florentinæ synodi finem, et Joannis Palæologi obitum intercessit alterius Georgii, sive Gennadii mentio est, sed tantum hujus nostri qui conjunctissime cum eo vixit, qui suos ei pro Aristotele contra Gemistum libros dicavit, qui morienti adfuit, et Deo teste multis presentibus Ecclesiæ suæ adversus Latinos defensionem in se recepit, quique tot libros edidit quibus unio Florentinæ facta convelleretur, qui Græcos amicitias adhuc laicus a coronando Constantino deterruit, et tandem in monasterium se recepit paulo ante captam urbem. Quæ omnia ex sola ad Constantinum epistola tam perspicue demonstrantur, ut in obscurum alterum Gennadium cadere nequaquam possint, quem Florentiam ivisse, unioni favisse, philosophum, judicem primum Notaræ amicissimum (1), Italici doctis conjunctissimum, Marci Ephesii discipulum et pernecessarium fuisse, nemo unquam ullo idoneo testimonio probare potest, multo minus id quod Allatius palmarium argumentum habet, Scholarium non nisi postquam dignitatem abdicasset, monasticam vitam professum esse.

Quia vero illum in eandem semper, quam Florentinæ significaverat, concordiam cum Latinis san-

ciendæ sententia fuisse existimavit, non mirum si quem Latino homini infensissimum esse negare non poterat, alium fuisse existimavit. Alius nempe factus est dum mutavit sententiam, tot Græcorum antistitum exemplo, qui unioni subscripserant, quod Scholarium non fecerat. Quæ vero circa Florentinam synodum animo fuerit, nemo jam conjecturis assequi divinando debet, sed ejus orationibus credere. Præcipua est valedictoria ad Constantinum, in qua non aliam inimicis suis calumniandi causam fuisse testatur, quam quod innovationi per definitionem synodalem factæ totis viribus obsteret. Idem probant varia adversus Latinos et Latinophonas scripta, disputationes cum Cortonæ episcopo, et alia quæ vel supra designata sunt, vel in Notitia ejus operum designabuntur: tum quæ sub Isidori cardinalis adventum, et in ipsa obsidione scripsit, tandem Oratio codici Magnæ Ecclesiæ inserta, cum patriarchale munus deposuit. Priores enim demonstrant eum qui iudicis primarii dignitate ornatus, Florentiam in imperatoris comitatu profectus est, ipsum esse qui tantas contra Latinos et Florentinam unionem turbas excitavit: posteriores eundem patriarcham primum designatum, ex quo Constantinopolis in Turcarum potestatem venit, omnes inter se consentiunt et lucem alteræ alteris sœnerantur, ut insitium illum nullo neque loco neque tempore consistere patiantur.

Operæ pretium est ipsius Gennadii de seipso scribentis verba referre ex inedita Epistola ad cives suos ecclesiasticos et sæculares, scripta sex ante captam urbem mensibus. Postquam initio questus est peti se variis inimicorum calumniis, intentari minas: *Non alia, inquit, ratione nisi quod nolumus separari a patria traditione, et simul cum ipsis impudentes contra Deum esse. Nisi desidero pacem Ecclesiarum, et concordiam Christianorum omnium, sed veram, spiritualem, ecclesiasticam, justam et salutarem, vita mea pace careat. De primo autem capite, nempe quod religionem attingebat, dico et testor quod hanc ego sanctam matrem Ecclesiam cum aliis tribus sanctissimis patriarchis habui semper et habeo tanquam veram Matrem orthodoxorum Christianorum, in qua, sicut initio prædicationis evangelicæ, juxta Domini prædicationem fidei probatio efficaciter perficitur, ex omnibus apostasiæ incursibus. Omnia etiam hujus Ecclesiæ dogmata amplector tanquam divina, verissima et salutaria, quorum unum est, quod Spiritus sanctus ex Deo et Patre procedit sive subsistit, quemadmodum habetur in Symbolo omnium generalium conciliorum. Neque enim ex Patre et Filio, ut Latinorum Symbolum dicit, et Florentina synodus inauditis explanationibus exponit. Amplector factam contra Bæcum Latinophonem sanctam et magnam synodum, et eam firmiter inter œcumenicas collocandam cen-*

(1) Vide infra Gennadii et Notaræ amobæras epistolas. EDIR.

seo, quia schismatici absentia œcumenicæ synodo qualitatem non aufert. Ejusdem terribilem sententiam cum sententiis et anathematismis trementer suscipio, tanquam sacram et divinam sententiam, quæ de Latinorum dogmatibus, et de Papæ commemoratione convenientia decreta statuerit, Persisto in ea promissione qua me obstrinxi beato Ephesino episcopo, cum ad Deum migraturus esset, coram Deo, angelis et hominibus, et disputationibus quas habui adversus episcopum Cornotæ ad demonstrationem veritatis quam profitemur, ut etiam diversis operibus quæ pro patria fide, divino munere publicavi: confessione quoque fidei meæ, vel potius catholicæ Ecclesiæ, quam ante biennium accurate elaboratam evulgavi: subscriptionibus etiam quas cum ecclesiasticis viris, eadem nobiscum sentientibus scripto firmavimus legati tempore, et deinde post legationem domini Brennii, cujus particeps nullo modo fui, cum nusquam Papæ commemorationem suscipere statuissemus, quandiu circa præcipua fidei dogmata divisi et discordes essemus ab eo secuti prædictæ synodi definitionem, patrum nostrorum magistrorumque omnium.

Idem in epistola ad Sylvestram magnum ecclesiarcham, et ad Agallianum chartophylacem, reliquosque ecclesiasticos scripta cum Liturgia publice celebraretur post renovatam unionem cum Isidoro cardinale Russiæ legato apostolico, postquam excusavit se quod vocatus ire ad synodum renuisset. Ad quid porro hæc synaxis habita est? Nempe quia ex quo unio per populum facta est (vah! nam dirisio est a Deo), ecclesiasticorum consensum obtinere gestiunt. Relinquitte me horum inexpertum, meam enim de hoc negotio sententiam millies dominus noster imperator, et ejus consilarii, et vos omnes perspexistis. Ante hos siquidem dies misi ad eum per venerabilem monachum et sacerdotem D. Ignatium capitula duodecim de hoc argumento, quæ et ipsi vidistis. Ego vero aliud quid ab eo quod nunc dico, nunquam dicam, quandoquidem Florentinam illam synodum eo loco habeo, quo apud Deum est, et veritas docet, Christianique omnes legitimi Ecclesiæ Orientalis filii juxta sanctorum Patrum sententiam et conscientiam suam sentiunt, et ut clarius dicam, eam synodum talem existimo, qualis pseudo-œcumenica illa sub Constantio fuit, quæ Consubstantiale, ut sibi videbatur, sustulerat. Quoniam item mea sententia est, quod qui Papæ commemorationem facit, aut facienti communicat, etiam consilio aut adhortatione, talis apud me est, qualis is quem damnavit sancta et magna synodus Constantinopoli congregata, quæ Latinorum doctrinam examinavit, Beccumque tunc, et qui eadem cum illo sentiebant, deposuit. Neque existimo leve quiddam esse Papæ, aut alterius cujusdam episcopi commemorationem.

A Sed spiritualis paria sentientium communio, et perfecta subordinatio erga legitimos pastores, in commemoratione illa consistit. Synodi vero et SS. Patres definiunt, ut a quorum opinione abhorremus, eorumdem communionem fugere oporteat. Multa alia ejusmodi definiunt vobis haud ignota. Præ omnibus vero Dominus dicit: alienum non sequentur, sed fugient ab ipso, quia non norunt vocem alienorum. Absit quoque ut Ecclesiam meam, quæ sancta est Orthodoxorum mater, faciam hæreticam, suscipiens Papæ commemorationem, quamdiu Papa ea constebitur et credet, quorum causa a nostra Ecclesia non suscipitur. Si quis enim nunc confiteatur eum recte dispensare verbum veritatis, scietur is majores suos fuisse hæreticos. Sententia igitur mea talis est, fuit et erit, eroque extra communionem Papæ, et omnium qui illi quoecunque modo communicant, ut patres nostri, quorum pietatem imitari nos decet, cum ne sanctitatem, nec sapientiam illorum habeamus. Hæc sane oratio non est Latini hominis, aut ejus qui in Romanorum sententiam transierit. Est autem ejus qui in aula vixerat, qui Florentiam profectus erat, quique patriarcha post captam urbem statim creatus est: quod non sola probat codicum mss. fides, sed vel una epistola ad omnes fideles valedictoria cum dignitatem deponeret, abunde confirmat.

B Porro quæcunque de duobus Gennadiis sive Scholariis a Caryophyllo aut Allatio disputata sunt, præter ea quæ carpiim delibavimus, non tanti videntur esse, ut ad singulare examen revocanda sint. Id enim non nisi proliza et tædiosa commentatione potest absolvi, sed absque ullo operæ pretio. Nam cui semel perspecta fuerit brevis, quam ex certis monumentis delineavimus, Historiæ Gennadianæ synopsis, is statim intelliget, in quibus et quoties hallucinatus fuerit vir doctissimus. Mirari vero satis non possumus eum, cum primum in opere de perpetuo consensu (1), edito anno 1644, contentiosum hunc de duobus Gennadiis funem ducere cœpisset, deinde paulo post Dissertationi de Georgiis (2) totam suam verbotenus disputationem inseruisset, post annos triginta non secundis aut tertiis vel tricesimis curi meliorem factam in opere contra Creyghtonum recoctam iterum dedisse, ita ut verba ipsa, jocos, sales religiosissime, ne mutato quidem apice, servaverit. Qui itaque unam harum Dissertationum novit, ambas alteras noverit.

Felicit virum doctissimum Caryophylli Judicium (a) de duobus Gennadiis, quæ opinio cum ad asserendum catholicæ Ecclesiæ Gennadium commodissima videretur, eam, quo se duceret non satis prævidens, secutus est non alio fine, quam ne periret auctoritas Apologeticarum pro Floræ-

(1) Lib. III, c. 5.

(2) In Georgio Scholario.

(a) Præf. ad Gennadii Apologiam pro quinque capitibus concilii Florentini. Romæ, 1628, 4°.

una synodo orationum, quæ tanti non erat, ut totam idcirco ecclesiasticæ historiæ recentioris ærelem conturbari necesse foret. Caryophyllo duplicem Gennadium cur primus somniaret, ratio nulla erat, nisi quod ita ex collectore *Bibliothecæ Patrum* Margarino Bigneo didicerat, quo nemo fortassis in ferenda de veterum scriptis sententia infeliciof fuit, ex Bellarmino et aliis, quorum critique in exscribendis allorum commentariis tota constabat.

Sane ex iis quæ supra disputata sunt, tam constat apud nos Gennadium schismaticum pertinacissimum et furiosum fuisse, quam quod certissime. Atque ita hujus Homiliæ quam edimus, major omni exceptione auctoritas esse debet. Solent enim Protestantes, si quod ex Græcorum qui ante quadringentos annos scripserunt, libris testimonium proferatur, statim inelamare, quod fuerit Latinis addictus. Qua vero ratione in *λατινοφρονήσιω*; suspicionem vocari possit Gennadius, qui Latinos tam virulente insectatur, qui pro hæreticis habet, et illos ad communionem admitti vetat; qui additionem Symbolo factam, processionem sancti Spiritus a Patre et Filio, Azyma, Purgatorium, et ea ipsa quæ non inter necessaria fidei capita apud nos habentur erroris aut hæreseos, tam aperte condemnat (1); qui anathema Joanni Becco dicit, et pseudo-synodum, in qua vir pius et multis nominibus venerandus damnatus est, amplecti se multoties testatur; cujus denique horatu et consilio monachi et moniales a communionem Latinorum palam recesserunt, et sancta etiam profanum in modum conculcaverunt; qui in Marci Ephesii verba juravit, quique palam profectus est *ἀποινώνηρον* erga Latinos mansurum se, donec Romana Ecclesia tot hæreses, quarum illam ubique postulat, abjurasset. Hæc igitur resellenda incumbunt Protestantibus, antequam Gennadium de Eucharistiæ fide nobis testimonium perhibentem ex testium numero rejiciant. Ut autem id efficiatur, non hanes conjecturas, sed certa argumenta ab ipsis postulamus.

Quæ vero, ex nostris auctoribus in contrarium adducere solent, ea habebimus omnino nihili. Neque enim si quid Allatius, Caryophyllus, Arcudius aut alii de Græcorum rebus scripserunt, legis aut edicti perpetui apud nos vim obtinent, ut reclamare non liceat; multo minus scripta a sordidis auctoribus, quorum testimoniis Claudius tam inut liter abusus est, ut Orientales Calvinistis adjungeret, cum ante annos centum et decem Lutheranis Wirtembergensibus, quorum tolerabilior sententia erat, tam perspicue significaverit Jeremias patriarcha, quantum illa sibi et toti Ecclesiæ Orientali displiceret.

Verum quia Jeremias vocem Transsubstantiationis

non usurpavit, quævis rem voce significatam docuerit, ut Wirtembergenses ipsi qui Acta ediderunt, nota ad marginem testati sunt, nata inde nova argumentorum æges, in qua Thomas Smithus Ecclesiæ Anglicanæ theologus se exercuit. Ediderat Constantinopoli redux epistolam de Græcarum Ecclesiarum statu, in qua virum doctissimum Richardum Simonem impugnaverat, quod in Historia fidei Orientalium Græcos præsentiam realem, et transsubstantiationem credere firmissimis argumentis docuisset. Quia vero Smithus ita statuerat *primum aut saltem inter primos* qui *μετουσιώσιω*; voce usi forent, Gabrielem Philadelphię metropolitanam fuisse, Gennadii testimonium opposuerat R. Simon ex brevi illa homilia quam Syrius operi suo inseruit, quod opus a nobis accepterat. Smithus in prima Miscellaneorum suorum editione, cum ex illo solo testimonio totam evanescere de Gabriele suam divinationem videret, Gennadii opus ut *ὑποβολιμαίου* scriptoris rejectit. At doctissimus ejus adversarius dissertatione *vernacula* (2) *De fide Ecclesiæ Orientalis circa transsubstantiationem*, illum ita confutavit, ut is responsione *Adversus cavillationes Simonii*, nam ita illam inscribere placuit, nihil quod ad rem faceret, respondisse agnoscat.

Cum igitur in prima dissertatione homiliam brevem, aut epistolam, si quidem talis videri etiam potest, quæ ex Meletii Syrii libro producta fuerat, rejicere satageret, hæc argumenta protulit, Gennadium ait Catholicis addictissimum fuisse, solo testimonio Allatii et aliorum qui Georgium Scholarium et Gennadium duplicem faciunt, cum ex iis quæ superius exposita sunt, satis constet unum eundemque Scholarium et unioni promovendæ dedisse operam cum esset Florentiæ, et mutata sententia, acerbissimis deinde in Latinos odiis apud suos inclaruisse.

Aliud argumentum sumit ex Allatii, Posseviani aliorumque silentio, quibus nunquam hæc homilia lecta fuit, etsi ille diligentem in Gennadii scriptis investigandis navavit operam. Judicium sit penes eos qui Allatianum Iudicem cum nostro conferent, an hæc invidiosa laude dignus sit Allatius. Possevinus multis aliis nominibus, sed nunquam a diligentia in recensendis auctoribus laudatus est. Quis omnia se vidisse audeat venditare, nisi quibus hæc studia ignota sunt? Habuimus ex bibliotheca Regia coud. mss. qui tam proxime ad Gennadii ætatem accedunt, ut statim ab ejus obitu, aut ipso etiam supersite scripti videantur, imo nonnulli ipsius, ut non vana conjectura est, manu emendati. In iis loquuntur inter multa alia Epistolæ et Orationes quas Gennadius cum in monasterium se reciperet, et cum patriarchalem dignitatem abdicaret, scripsit, quæ totam de Gennadii

(1) Epist. ad Maximum et monachos alios Montis Sina, ms.

(2) Ed. Lutetiæ 1687.

duobus disputationem evertunt. Neget quispiam genuina hæc esse, habebit idem in Allatii silentio præsidium.

Quotidie ex bibliothecarum forulis multa doctissimis viris incognita eruuntur: neque mirum exstare in Gallicanis, quod in Romanis non exstabat. Regiam Vaticanæ conferri non fert Smitheus æquo animo: cur tandem? Nam quid sua refert quæ illarum ditior sit? Nempe ut ex Vaticanæ laudibus regiæ invidiosam suspicionem comparet, quasi quod in altera deest, in alia esse non possit; aut si reperiatur, debeat adulterinum judicari.

Hanc vero homiliam, inquit Smitheus, non in codicibus Regiæ bibliothecæ, sed apud D. Burdelotium exstare dixit Simonius, frigide quidem et admodum parce... titulo homiliæ tantum addito. Neque enim an singulæ harum homiliarum nomen Gennadii tanquam veri auctoris prætulerint, per ipsum scire nobis licet. An non debuit ille codicem illum una cum cæterarum Homiliarum titulis suspicionis ne quisquam impostor vafritie non insolita nomen Gennadii forte ementitus fuerit amovendæ causa accuratius et specialius describere? Nunquam Burdelotii Simonius meminit, aut codicem apud eum exstare dixit. Quid sit frigide aut parce codicem designare non satis capimus. An quod nimium multi faciunt, verbosissime commendare, et sæpius parum fideliter? Quot enim sunt qui ἀπόγραφα sua sæpe mendosissima mss. codicum loco laudaverunt, quod qui apud nos faceret, non in tactus esset a sibilo.

Codex ipse, ut judicaverunt viri in antiquitate Græca exercitatissimi, talis est, ut de ejus ἀθενείη nemo præter eos qui illum non viderunt, dubitaverit. Habuit illum Nointelius a Panagiotte; nos a Nointelio. Cur porro de suspitione amolienda quisquam cogitaret, quæ sine summa calumnia cogitari multa posset? Exstat homilia cum aliis Gennadii operibus, quæ certissime illius esse non modo multorum codicum consensus, sed Græcorum testimonia confirmant. In ea quam laudat Meletius Syrigus, alterius quam edimus: in infelici palatio, coram imperatore et senatu pronuntiatæ auctoritas stabilitur. Laudat eam Callinicus patriarcha Constantinopolitanus ex recentioribus in synodica sua, et alii magno numero.

Sed Meletium Syrigum repellit Miscellaneorum auctor tanquam Græculum tenebrionem, partium studiis addictissimum, Romæ, nisi fallitur (vehementer autem fallitur) educatum. At nemo fortassis inter Græcos recentiores majori doctrinæ et ὀρθοδοξίας laude floruit, commendatus scilicet tum ab eo qui ante paucos annos Constantinopoli sedebat Callinico, a Dionysio, Parthenio: tum Nectario et Dositheo Hierosolymitanis patriarchis, cujus opus adversus Cyrillum capitula ab anno 1640, quo perfectum fuit, huc usque laudatum, ne levisima quidem censura perstrinxit.

Tenebrionem nemo unquam appellavit cum, qui

esset doctor Evangelii in Ecclesia Constantinopolitana: qui synodo an 1638 sub Cyrillo Berrhœensi adversus Cyrillum Lucarin habitæ interfuit, et eam subscriptione firmavit: qui a Parthenio seniori patriarcha Constantinopolitano in Moldoblachiam missus, decretis adversus ejusdem Lucaris Confessionem scribendis adfuit: tum ea ut patriarchalem confirmationem acciperent, Constantinopolin tulit: qui inter alios omnes theologos ab eodem designatus est, ut orthodoxam Confessionem, quæ primo ad Russicarum Ecclesiarum usum composita fuerat, recenseret et expenderet: quæ deinde totius Græcæ Ecclesiæ consensu tanquam communis fidei verissima expositio probata, et bis edita, tractatur Græcorum omnium manibus.

Si hæc Constantinopoli Smitheus non didicit, culpa ipsius est; sed editus est, ut Venetiis ad nos scriptum nuper fuit, liber ipse Meletii adversus Cyrilli Confessionem, et illius tanquam editi in Moldavia meminit Petrus Allixius vir doctissimus. Ea porro editio cum Græcorum opera prodierit, non est jam ullus adversus Meletii Syrigi fidem suspitioni locus. Non enim tenebrionum et partium studiis addictissimorum hominum, sed eorum qui in clara Ecclesiæ Græcæ luce, doctrinæ et pietatis laude floruerunt, scripta huc usque Jassi aut Buchorestæ excusa sunt.

Quod porro nos ex libris didicimus, si Constantinopoli Smitheus non audivit, nostra non refert: sed Parthenius et Dionysius patriarchæ Constantinopolitani, Nectarius et Dositheus Hierosolymitani, et alii qui orthodoxam Confessionem testimoniis suis ornaverunt, et omnibus suis tanquam fidei regulam commendaverunt, testes hoc in argumento locupletiores Smitheo esse nemo non fatebitur.

Miratur quomodo illius homiliæ non meminerit Jeremias patriarcha adversus Wirtembergenses scribens, atque novam inde argumentum illi nascitur, quo suspicionem confirmet. At cum de processione Spiritus sancti tam fuse contra eosdem disputaret, de prolixo ejusdem Gennadii adversus Latinos opere circa eandem theologiæ partem, verbum non fecit, ut neque meminit multorum aliorum ex Græcia theologorum, quorum scripta vel edita sunt, vel in bibliothecis servantur. Qui ex tam levi conjectura opera auctoribus abjudicaret, ridiculus foret. Nempe movisset Lutheranos Gennadii auctoritas, quibus exprobrat ultimis literis Jeremias, quod sanctorum Patrum veterum auctoritates insuper haberent.

Nihil quoque esse in tomis adversus Latinos duobus quod homiliæ similem doctrinam repræsentet, res suspicionis plena Smitheo videtur. Mirum potius et monstro simile fuisset, Gennadium de Spiritus sancti processione disserentem, deque aliis inter suos Latinosque controversiis, alieno plane in loco de Eucharistiæ fide disputasse, de qua inter utrosque perfectam consensionem esse non ignorabat. Disputatum erat acriter Ferrariæ

et Florentiæ inter Latinos et Græcos, præsertim de Azymais, materia scilicet in qua celebratur Eucharistiæ sacramentum; cedat Smitheus vel auctorem Græcum unum (neque Sylvestrum Syropulum excipimus) qui Latinos a Græcis de aliquo errore circa Eucharistiæ fidem insinulatos commemoret. Contra cum Bohemi, eandem prope quam Reformati, de eodem sacramento opinionem haberent, videat in ipsius Syropuli narratione quam graviter Græci tulerint, quod in prima decreti ad concilium celebrandum formula Bohemis comparati quadam ratione fuissent, quos *multis et pessimis hæresibus laborare* agnoscebant. Quod igitur non modo in duobus illis voluminibus contra Latinos, quos Smitheus nunquam vidit, tum in multis aliis adversus eos scriptis, quorum indicem dabimus, nihil de Eucharistiæ controversiis reperiatur, certissimum integræ circa illum articulum concordiam argumentum erat.

Verum, tantum abest ut vim illius agnoverit Miscellaneorum auctor, nihil ut potius duplici sua Dissertatione designare videatur, quam causam suspitionis adversus Gennadium et ejus homiliam, in ea non sententiarum modo, sed etiam vocem conformitate subesse gravissimam. Nempe si Claudio Carentoniano credendum est; neque enim ultimum Smitheus ex Græcia, vel ex Orientalibus provinciis, alium hujus paradoxo auctorem habet, cum realis præsentia, multo magis transsubstantiationis dogma et nomen omnibus in Oriente Christianis ignotum huc usque fuerit, qui utrumque admittunt, pseudo-Græci sunt et *Λατινόφωνοι*. Hoc si a Claudio demonstratum Smitheus existimat, ut non uno loco satis significavit, nos potiori jure, ne verisimilem quidem conjecturam eum attulisse probatum invicte a nostris theologis existimamus. Res in medio relinquitur, ut in ejusmodi quæstionibus fieri debet: ne syllabam quidem habent Protestantibus, qua probari Claudiana censura possit: tota enim argumentorum vis in hoc uno erit, quod Græci et doctrinam et vocem ante Gabrielis Philadelphiensis metropolitæ tempora non usurpaverunt. Sciunt porro omnes quantum in similibus controversiis fallat sæpe argumentum illud quod vocant negativum. Quod si alicujus momenti est, ut sane sæpe cum judicio potest adhiberi, eo quoque utemur catholici, sed certiori et evidentiori. Nam cum existent Græcorum adversus Latinos libri tam editi quam mss. magno numero, existent acta et monumenta rerum ad concordiam procurandam inter utrosque gestarum, nihil occurrit unde vel Latinos a Græcis accusatos esse constet, quod transsubstantiationem docerent; aut a Latinis Græcos, quod illam rejicerent.

Accedit alia magnæ auctoritatis probatio ex disciplina Græcorum, quæ non hæc aut nudius-tertius inventa, sed a multis sæculis huc usque observata, ejusmodi est, ut absque realis transmutationis fide consistere nequeat. Nam ritus et preces quibus

Liturgia celebratur, circumlatio panis et calicis, antequam consecrentur, et eorum veneratio ex futura mox consecratione: communionis distribuendæ forma; particularum conservatio ad infirmorum viaticum, Missa præsenificatorum, et tam multa alia certa ejusdem fidei argumenta sunt, unde quidquid simile occurreret in Latina missa, statim Protestantes sustulerunt.

Quasi tamen de re minus quam de voce ageretur, nisi transsubstantiationem expresse nominaverint Græci, vetat Smitheus existimare quidquam eos de reali substantialique transmutatione cogitasse. Quia igitur Claudius ita statuerat, Gabrielem Philadelphensem primum fuisse a quo *περὸς τοὺς πρώτους*; usurpata vox fuisset, Smitheus primum aut inter primos; Gennadii vero testimonium omnes illius rationes evertit, supposititium illum scriptorem esse jussit. Neque enim alia judicii tam præcipitis ratio quærenda est, cum ex duplici ejus opusculo eum de Gennadio nihil omnino scivisse præter pauca nec vera quæ ex Allatio didicerat, manifestum sit: quibus si quis acquiescat, illius non est de Gennadio aut illius operibus ferre sententiam. Nihil ergo Miscellaneorum auctorem movit, ut homiliam falsam judicaret: Gennadiiunque, si auctor illius foret, Latinismo imbutum, quam mendacissima illa Claudiana hypothesis, quæ neminem Græcum legitimum agnoscit, nisi qui præsentiam realem et transsubstantiationem rejiciat.

Quam porro falsa illa foret, ex Gabriele Philadelphensi satis fuerat demonstratum. Larva ille primum Claudio fuit, liberque fictitius: ita quippe videbatur homini minime Græco, ut admiratores ejus negare non possunt. Supererat secundus actus fabulæ, ut primus qui vocem *transsubstantiationis* usurpasset, Gabriel foret: mox non primus aut inter primos. Fidem omnium appellamus qui Græcos auctores legerunt, an ullum repererint, qui eo nomine Gabrielem laudaverit aut accusaverit, quod primus aut inter primos vocem eatenus inusitatam mysterio Eucharistiæ explicando adhibuerit. At erat sane locus laudandi illius Meletio Syrigo, cum de *περὸς τοὺς πρώτους* voce disputaret, fatereturque eam primis Ecclesiæ doctoribus usurpatam non fuisse, sed a posterioribus recte ad fidem explicandam postea adhibitam.

Cum igitur Gennadii testimonio evertetur prosus Smithei conjectura; nam ex eo constabat non ante centum annos, sed centum et sexaginta aut amplius vocem eam usurpatam, non ex falsissima hypothesis, saltem valde dubia, et probationibus destituta, convellenda erat Gennadii auctoritas; sed ex Græcorum testimonio fide, quos nemo audiri in rebus suis debere negaverit: aut saltem illud evincendum et dogma et vocem ab ipsis pariter ignorari. Si Cyrillum Lucarin excipimus, nullus Græcus theologus et vocem et dogma non præbavit. Gabriel Meletiusque Syrigus laudantur ab omnibus, tanquam veri græcæ doctrinæ interpretes. Cyrillus judicii

synodalibus damnatus est: refutata ab eodem Syrygo fuit illius Calvinistica Confessio: et contra hæc testimonia quæ Actis et Confessionibus multis ex Oriente missis confirmata sunt, audet quisquam conjecturas insuisissimas opponere.

Primus aut inter primos, si Smitheo credimus, Gabriel Philadelphiensis Transsubstantiationis vocem usurpavit, anno 1600, quo libellus illius editus est. Sed Meletius Piga, patriarcha Alexandrinus in epistolis ann. 1593 et 1594, eam vocem adhibuerat, ejusque sensum et consecutanea accurate explicaverat, iudicans simul tractatus alios suos in quibus fusius de eodem argumento pridem disseruerat. Latinismi suspectus esse non potest, quem impense Georgius Douza et alii Protestantes laudaverunt, eo præsertim nomine, quod concordiæ inter Poloniæ regno subditos Græci ritus et Catholicos conciliandæ acerrime restitisset. An subdititias illas epistolas esse Smitheus dicit? Verum eas ex authentico exemplari descriptas Constantinopoli ad Panagiotem misit Paisius Alexandrinus patriarcha: et Constantinopolitanus Callinicus in synodali definitione anni 1691. inter eos qui transsubstantiationis voce usi sunt, Meletium Pigam numeravit.

Eadem auctoritate patriarchæ Constantinopolitani, et Dosithei patriarchæ Hierosolymitani confirmatur ea quam Smitheus oppugnat Gennadii homilia. Verba sunt: *Est porro ea (voce transsubstantiationis) Ecclesia est, quoniam nec æquivocis subjicitur, et superat omnium hæreticorum sophismata. Nec eam a Latinis mutuata est, sed est ea voce ditata ante annos plurimos, a domesticis et legitimis suis orthodoxis doctoribus, ut promptum videre est ex commentariis veræ religionis defensoris illius domini Gennadii patriarchæ Constantinopolitani, qui coram orthodoxis imperatoribus, et piis patriarchis ac sacro senatu, ipsisque doctoribus rectæ fidei nostræ, per hanc vocem ut ante cognitam, atque ab Ecclesia receptam, pro hoc mysterio depugnavit.* Edita est Græce synodalis illa Definitio Jæsi in Moldavia, anno 1694, a Dositheo Hierosolymitano in libro contra Joannem Caryophyllum Logothetam, sed eam huc usque illum habere non poterimus, versionem datus Nicolai Comneni Papadopoli, insertam Epistolæ ad Chrysanthum Notaram Cæsareæ metropolitam, quæ edita est Venetiis an. 1703.

In ea porro synodica Definitione duo sunt quæ diligenter observari operæ pretium sit. Primum, Homiliam quam publici-juris facimus, patriarchæ duobus, Callinico et Dositheo, tum metropolitæ et episcopis qui scribendo adfuerunt, fuisse notissimam: atque adeo de ejus auctoritate dubitare neminem posse, nisi qui auctoritatem Smitheanam talibus testimoniis præferendam existimavit. Alteram est, quod antistes ipsi Græci testantur Gennadium vocem μεταστώσεως usurpasse, ut pridem cognitam, idque verissime ab illis observatum fuit. Cum enim homiliam illam declamaret in palatio coram

A imperatore, episcopis et senatu, erat adhuc sæcularis: nemo autem suspicabitur ab homine, doctro quidem, sed laico, ignotam nec usu stabilitam in mysterio explicando vocem usurpari potuisse, nullo episcoporum aut theologorum reclamante.

Sed Callinicus, Dositheus et alii Græci antistes erant Smitheo Λατινῶπωνες novi scilicet et huc usque ignoti generis; nam eum ea vox usurpari cepit, nullus alios quam qui stabilitam Florentiæ fidei Definitionem amplectebantur, designabat. Verum non Constantinopoli, sed in Claudii libris dicit Smitheus Λατινῶπωνες; esse, qui realem præsentiam et transsubstantiationem crederent. Erunt igitur etiam isti, ut illi qui synodo Hierosolymitanæ subscripserunt, in eadem Λατινῶπωνόντων classe, qui tamen priuatum Romani Pontificis negant, qui Spiritum a Patre solo procedere credunt, docent tandem reliqua quæ Romæ damnantur. Ea ratione Gennadius et ejus homiliæ ab ipso proscribuntur: nam aliam nullam habet; adeoque si Gennadius Latinismi suspectus est, eadem suspicione involvi oportet Meletium Pigam, Gabrielem Philadelphensem, Georgium Coressium, Meletium Syrygum, Cyrillum et Parthenium, qui in synodis, ann. 1638 et 1642, Lucaris confessionem ut hæreticam damnaverunt: omnes metropolitæ et episcopos, aliosque ecclesiasticos qui decretis subscripserunt, ut eos qui synodi Hierosolymitanæ anno 1672 Decreta confirmaverunt, Nectarium Hierosolymitanum, omnes tandem Græcos sincerissimos, si qui unquam fuerunt. Nullus enim eorum est, qui Decreta adversus Cyrillum Lucarin non amplexus fuerit, quique eadem sententibus ac nefarius ille fidei avitæ proditor, anathema non dixerit. At omnes illi tandem ita Latini sunt, ut plerique adversus Latinos stylo acerrimo decertaverint, quo nomine laudantur a suis ut Græcæ Ecclesiæ insignes theologo, illiusque defensores. Si igitur sinceri Græci non sunt, ubi tandem Græca Ecclesia ab annis ducentis fuit; omnes enim quoscunque ex historia et libris novimus, Græci, aliam fidem non habuerunt. Verum opponit Smitheus Cyrillum Lucarin, Zachariam Gerganum Artæ exiguæ urbeuulæ episcopum, et Metrophanem Critopulum. Nova jura condenda sunt, ut tribus testibus fides habeatur contra mille alios, imo contra publicum et multoties renovatum totius Ecclesiæ Græcæ testimonium. At illorum primus anathemate damnatus est, proscriptaque judiciis publicis synodalibus quatuor Calvinistica ejus confessio Constantinopoli scilicet, annis 1638, 1642, et 1691, Hierosolymis anno 1672, quæ judicia retractata nunquam fuerunt, cum eas omnes sententias Dositheus Enchiridio suo in Moldavia edito inseruerit. Gergatius, vix notus inter suos, tot patriarchis et episcopis opponi non potest. Metrophanes si vere et ex animi sententia eam confessionem edidit quæ Helmsdadi excusa est, se ipse retexuit; nam patriarcha Alexandrinus cum esset, synodi Constantinopolitanae Decreta subscri-

bendo confirmavit. Adjungantur si lubet pauci alii erronei, quid illorum testimonia valere possunt contra totius Ecclesiæ Græcæ constans a septuaginta et amplius annis testimonium?

Ita ex abnormis illius juris dispositione Cyrillo damnato, et sententiis teterrimis confixo, non de sua solum, sed de totius Orientalis Ecclesiæ fide credi oportet: Græcis ipsis de sua ipsorum fide non credetur, etsi per annos centum et amplius, eam scriptis privatis et publicis disciplinaque sua quam omnium oculis patet, confirmaverint. Quod itaque Gennadius docuerit, transsubstantiationem quam Cyrillus informi et furtiva Confessione condemnavit, erit Smitheo ὑποβολιματός Gennadius. Ex falsa illa hypothese nascuntur aliæ non minus falsæ, adversus Gennadii laudatorem Syrigum, Georgium Coreasium, reliquos tandem qui transsubstantiationem recipere se professi sunt, hoc est Græcos omnes: nam quicumque a Cyrillo huc usque patriarchatus, metropoles, episcopatus, dignitatesque ecclesiasticas tenuerunt, haud aliter crediderunt et locuti sunt, quam Synodi annorum 1658, 1642, 1672, 1691, Confessio orthodoxa, et alia publicæ auctoritatis scripta. Id si verum est, ut est sane verissimum ex Græcorum omnium consentientibus testimoniis, non esse debet Latinismi suspectus Gennadius, etiamsi transsubstantiationem docuerit, neque homiliæ ejus fides detrahenda, quia illam vocem representat.

Sed nihil simile de Gennadio aut ejus operibus Constantinopoli audit Smitheus, quisi vel unum qui plane illitteratus non fuisset, Græcum interrogasset, audisset procul dubio quod omnes sciunt neminem Latinis minus addictum patriarcha illo fuisse, neminem Syrigo, Coreasio, aut aliis quos tam inclementer habet. Constantinopolin non erat navigandum, ut Claudius exscriberetur. At cum nihil illic audiverit de Gennadio et aliis quos testes producant catholici, unde habuit illum fuisse Λατινιστὴς: falsam esse illius homiliam: Syrigum tenebrionem Romæ educatum, Confessionem orthodoxam opus fuisse hominum Λατινοφρονοῦντων, ut reliqua prætereamus? Non hæc sane a Græcis accepit qui dudum antequam Smitheus Constantinopolin proficisceretur, et postea, contraria prorsus publice testati sunt. Cur porro patriarcham Hierosolymitanum in *familiari colloquio quo anno 1671 illum dignatus est*, de iis omnibus non interrogavit? Is erat Nectarius aut Dositheus, utroque nemo inter Græcos recentiores Latino nomini magis infensus. Non aliud certe respondissent quam quod primus in epistola ad Paisium Alexandrinum, et in altera ad monachos Sinaitas, sine ambagibus testatus est, ex scriptis eorum quos Smitheus, ut Latinismo corruptos rejicit, petendam esse Græcorum fidei sinceram expositionem, non ex falsa Confes-

sione Cyrilli quam cum horrore rejiciunt. Audisset quam diversum a Smitheano esset Nectarii de Claudio judicium de Calvino, de Lutero, de Legero.

Sed non solus confodiendas erat Gennadius, cujus stabat intacta auctoritas, si Hierosolymitana synodus, anno 1672 contra Calvinistas habita, in qua transsubstantiatio perspicue stabilitur, non simul concideret. Sic igitur eam aggreditur (1), Græcis ut ubique facit illudens: *Num, inquit, ex integro affectu et amore veritatis Hierosolymis nuper convenerunt oracula contra Calvinistas hæreticos edituri? Quæ cum legerim, plane obstupui, dum probe meminissen patriarcham Hierosolymitanum Constantinopoli agentem [familiari quo me dignatus est colloquio, mihi ineunte anno 1671 in Angliam propediem redituro dixisse, se quidpiam contra pontificios moliri quod illic cuperet edendum. Nomen illius patriarchæ tacere non debebat testis oculatus, sed anno 1671 Nectarius erat aut Dositheus, qui post illius voluntariam abdicationem Hierosolymitanam sedem diutissime obtinuit: nam vix ante duos annos mortuus est. Sed parum refert: nam Nectarium scimus opus adversus primum Papæ elaborasse, quod Dositheus illius successor anno 1682 Jasii excudendum typis curavit, et Latine vertit Petrus Allixius. Quæ causa igitur obstupescendi Smitheo fuit? Nempe quod is qui contra Romanum Pontificem scriptum pararet, auno sequenti Hierosolymis Calvinum, Cyrillum Lucarin, Claudium anathemate damnaret: nam hæc illi videntur ἀσύντατα. Inde modeste eonticescit, sed aculeo relicto, nempe ut apud se quisque colligat suspecta aut falsa esse decreta illius synodi: sed quam vana illa conjectura sit, non multis verbis conficitur: nam in eo ipso tractatu Nectarii contra Papæ primum, fellis venenique plenissimo, dum miracula quædam in Eucharistia facta refert, transsubstantiationem docet perspicue: et epistola Constantinopoli (2) scripta 1692 Confessionem Orthodoxam eximie commendat: tandem tenebrionem illum, et Latinis addictum Meletium Syrigum, cujus in ea scribenda præcipuæ partes fuerant, post laudes alias vocat (3) *præconem, interpretem et amussim rectorum fidei dogmatum, κήρυξ, διαρρηγνός, καὶ στάθμη τῶν ἑρῶν τῆς πίστεως δογμάτων*. Qui tam infelicitur de Syrigo judicavit, eum de Gennadio et ejus homilia idoneum judicem nemo agnosceret.*

Neque est quod ἀπόπλα illa quam nonnulli ad nauseam usque ingerere solent, objiciatur. Cui enim persuadebit aliquando Smitheus, se quæ de Cyrillo Lucari scripsit, Constantinopoli didicisse, aut in Ecclesia Græca eum ut sanctum et martyrem coli, qui anathematibus confixus est. Imo si *Dia veritas*, cujus se amantissimum testatur, alicujus apud eum pretii est, agnoscat, conjectanea illum omnia sua

(1) Smith p. 99.

(2) Pag. 205 ed. Gr.

(3) Confess. orth. ad. Lips. p. 6

Constantinopolim tulisse, et ut merces parum vendibiles damnum retulisse. Quo enim modo Græci falsum illud systema non ignorassent, quod præterquam Claudio in Græca litteratura plane hosti, nemini unquam venerat in mentem? aut quomodo in contrariam Decretis synodalibus suis, Confessionem orthodoxæ, disciplinæ, communi doctrinæ sententiam intra paucos annos transducti fuissent, nemine contradicente, aut animadvertente? Sed satis confutata sunt hæc omnia paradoxa ab adversario doctissimo, neque illa uberius refellendi causa ulla foret, nisi animadverteretur quotidie, nihil tam absurdum aut falsum a quoquam alicujus nominis Calvinista affirmari posse, quod non statim laudatores credulos inveniat, moxque apud reliquos transeat quodammodo in rem judicatam. Nam mendacium illud totum, de Græcis nihil minus quam realem præsentiam transsubstantiationemque credentibus, sed eam fidem amplectentibus, quam Cyrillus sua Confessione exposuit, a Claudio confutum est, dissimulante, vel ignorante potius quam diversum foret non Græcorum modo, sed doctissimorum etiam extra Romanam communionem de eadem judicium. Creditum id fuisse ab illiteratis ex ejus secta, nemo mirabitur: quis existimaret enim verbi divini ministrum in re tam seria aut ignorasse quod scriberet, aut quod incompertum sibi foret, tam certo affirmasse? Redit alter Constantinopoli, et quæ Claudius affirmaverat oculis se vidisse et auditu accepisse tribus libellis editis contestatur. Nos catholici patriarcharum omnium, metropolitaram et aliorum ecclesiasticorum testimoniis publicis privatisque, libris editis et ineditis, fama publica, disciplina quæ observatur oculis omnium, et aliis certæ auctoritatis argumentis muniti, Smitheum non vidisse vel audivisse Constantinopoli, quæ nunquam fuerunt, non tenere asserimus,

A sed certissime demonstramus; atque adeo Gennadii quamdam Homilia oculatus ejusmodi testem, et nasutiores, ut loqui amat, ejusdem generis censors non reformidat. Unde quantumcumque commendetur cum laudibus ejus *ἀπόφα*, recedere æssim videmus ab illius sententia doctos Protestantes: ut Laurentius Normannus fecit circa Confessionem orthodoxam, Petrus Allixius circa synodum Jasii habitam anno 1642, et Meletium Syrigum: dudumque eam exploserunt Marbachius, Calovius, Felhavins Augustanæ Confessionis theologi, circa Cyrilli Confessionem et synodos an. 1638 et 1642, a quibus proscripta est. Neque ipse Smitheus omnino negat Græcos tandem hodiernos præsentia realis et transsubstantiationis dogma imbibisse: sed id factum pessimis Latinorum fraudibus, quas arcanorum revelator dies docebit. Si supremum Judicii diem intelligit, ita sane: nam coram summo Judice patebunt omnia: si longinquum aliquod tempus, jam aliquot anni lapsi sunt ex quo dubitari non potest quin Græci nihil minus quam *Λατινόφρονες*, de Cyrilli Confessione, de synodis contra eam ejusque auctorem habitis, de confessione orthodoxa, de transsubstantiatione, de Gennadio, de Syrigo, de Coressio, de Gregorio proto-synkello ejus discipulo, eam opinionem firmissime teneant, quam oculatus ille testis totis viribus impugnare aggressus est. Cum enim synodi Hierosolymitanæ decreta ipse Dositheus in Moldavia edi curaverit, quibus omnia perspicue continentur, quæ cum Claudiana *Λατινόφρονούντων* definitione stare non possunt, sed sinceros Græcos esse constat, qui præsentiam realem et transsubstantiationem credunt, frustra conjecturæ omnes sunt ubi Græci ipsi loquuntur. Unde quidquid ex falsa illa hypothesis contra Gennadium et ejus homilias Smitheus deduxit, accuratiori refutatione non indiget.

GENNADII OPERUM NOTITIA.

Quæcumque a Gennadio scripta ad nos pervenerunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate cum privato in monasterium Sancti Joannis Baptistæ prope Serras ad Menæceum montem se recepisset. Hunc ordinem ejus operum qui vitæ seriem sequitur, quidam mss. codices repræsentant, qui tamen id habet incommodi, quod de multis non ita liquet, ut quando scripta sint certo habere possimus, quo in genere sunt homilia complures, et minutiora quædam opuscula. Sed tamen hunc ordinem, quia commedior est, sequemur.

Georgius Scholarius adhuc laicus, circa Florentini concilii tempora scripsit epistolas, ut videtur,

bene multas; quarum selectæ quædam supersunt in cod. Regio 2953, hoc titulo, *Ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ἑστέρον Γενναδίου*, *Ex Epistolis Georgii Scholarii qui Gennadius postmodum fuit*. 1^a nemini inscripta; 2^a Imperatoris fratri; 3^a magno chartophylaci; 4^a Marco Lipomano, Florentia Venetias missa; 5^a Ambrosio Camaldulensi; 6^a Magno duci: ibidem quoque scripta, ut videtur, non ex Græcia, ut suspicatus est Allatius qui illius meminit (1). Exstat quoque in cod. Colbertino 4958; 7^a anonymo de privatis negotiis; 8^a Philelpho Mediolanum Constantinopoli scripta, ut existimo, et ante professionem Italicam, aut post reditum; nam in ea dolet eripi sibi per stre-

(1) De consensu, p. 962.

bendo confirmavit. Adjungantur si lubet pauci alii errones, quid illorum testimonia valere possunt contra totius Ecclesiæ Græcæ constans a septuaginta et amplius annis testimonium?

Ita ex abnormis illius juris dispositione Cyrillo damnato, et sententiis teterrimis confixo, non de sua solum, sed de totius Orientalis Ecclesiæ fide credi oportet: Græcis ipsis de sua ipsorum fide non credetur, etsi per annos centum et amplius, eam scriptis privatis et publicis disciplinaque sua quæ omnium oculis patet, confirmaverint. Quod itaque Gennadius docuerit, transsubstantiationem quam Cyrillus informi et furtiva Confessione condemnavit, erit Smitheo ὑποβολιματός Gennadius. Ex falsa illa hypothese nascuntur aliæ non minus falsæ, adversus Gennadii laudatorem Syrigum, Georgium Coreasium, reliquos tandem qui transsubstantiationem recipere se professi sunt, hoc est Græcos omnes: nam quicumque a Cyrillo huc usque patriarchatus, metropoles, episcopatus, dignitatesque ecclesiasticas tenuerunt, haud aliter crediderunt et locuti sunt, quam Synodi annorum 1638, 1642, 1672, 1691, Confessio orthodoxa, et alia publicæ auctoritatis scripta. Id si verum est, ut est sane verissimum ex Græcorum omnium consentientibus testimoniis, non esse debet Latinismi suspectus Gennadius, etiamsi transsubstantiationem docuerit, neque homiliæ ejus fides detrahenda, quia illam vocem representat.

Sed nihil simile de Gennadio aut ejus operibus Constantinopoli audiit Smitheus, quasi vel unum qui plane illitteratus non fuisset, Græcum interrogasset, audisset procul dubio quod omnes sciunt neminem Latinis minus addictum patriarcha illo fuisse, neminem Syrigo, Coreasio, aut aliis quos tam inclementer habet. Constantinopolin non erat navigandum, ut Claudius exscriberetur. At cum nihil illic audiverit de Gennadio et aliis quos testes producant catholici, unde habuit illum fuisse Ἀρτινόσσοβα: falsam esse illius homiliam: Syrigum tenebrionem Romæ educatum, Confessionem orthodoxam opus fuisse hominam Ἀρτινόσσοβούτων, ut reliqua prætereamus? Non hæc sane a Græcis accepit qui dudum antequam Smitheus Constantinopolin proficisceretur, et postea, contraria prorsus publice testati sunt. Cur porro patriarcham Hierosolymitanum in *familiari colloquio quo anno 1671 illum dignatus est*, de iis omnibus non interrogavit? Is erat Nectarius aut Dositheus, utroque nemo inter Græcos recentiores Latino nomini magis infensus. Non aliud certe respondissent quam quod primus in epistola ad Paisium Alexandrinum, et in altera ad monachos Sinaitas, sine ambagibus testatus est, ex scriptis eorum quos Smitheus, ut Latinismo corruptos rejicit, petendam esse Græcorum fidei sinceram expositionem, non ex falsa Confes-

sione Cyrilli quam cum horrore rejiciunt. Audisset quam diversum a Smitheano esset Nectarii de Claudio judicium de Calvino, de Lutero, de Lehero.

Sed non solus confodiendus erat Gennadius, cujus stabat intacta auctoritas, si Hierosolymitana synodus, anno 1672 contra Calvinistas habita, in qua transsubstantiatio perspicue stablilitur, non simul concideret. Sic igitur eam aggreditur (1), Græcis ut ubique facit illudens: *Nam, inquit, ex integro affectu et amore veritatis Hierosolymis nuper convenerunt oracula contra Calvinistas hæreticos edituri? Quæ cum legerim, plane obstupui, dum probe neminissen patriarcham Hierosolymitanum Constantinopoli agentem [familiari quo me dignatus est colloquio, mihi ineunte anno 1671 in Angliam propediã redituro dixisse, se quidpiam contra pontificios moliri quod illic cuperet edendum. Nomen illius patriarchæ tacere non debebat testis oculatus, sed anno 1671 Nectarius erat aut Dositheus, qui post illius voluntariam abdicationem Hierosolymitanam sedem diutissime obtinuit: nam vix ante duos annos mortuus est. Sed parum refert: nam Nectarium sciunus opus adversus primatum Papæ elaborasse, quod Dositheus illius successor anno 1682 Jasii excudendum typis curavit, et Latine vertit Petrus Allixius. Quæ causa igitur obstupescendi Smitheo fuit? Nempe quod is qui contra Romanum Pontificem scriptum pararet, auno sequenti Hierosolymis Calvinum, Cyrillum Lucarin, Claudium anathemate damnaret: nam hæc illi videntur ἀύστατα. Inde modeste eonticescit, sed aculeo relicto, nempe ut apud se quisque colligat suspecta aut falsa esse decreta illius synodi: sed quam vana illa conjectura sit, non multis verbis conficitur: nam in eo ipso tractatu Nectarii contra Papæ primatum, fellis venenique plenissimo, dum miracula quædam in Eucharistia facta refert, transsubstantiationem docet perspicue: et epistola Constantinopoli (2) scripta 1692 Confessionem Orthodoxam eximie commendat: tandem tenebrionem illum, et Latinis addictum Meletium Syrigum, cujus in ea scribenda præcipuæ partes fuerant, post laudes alias vocat (3) *præconem, interpretem et amussim rectorum fidei dogmatum, χήρυξ, διαρρηγνός, καὶ στάθμη τῶν ὁρθῶν τῆς πίστεως δογμάτων*. Qui tam infeliciter de Syrigo judicavit, eum de Gennadio et ejus homilia idoneum judicem nemo agnosceret.*

Neque est quod ἀπόφθα illa quam nonnulli ad nauseam usque ingerere solent, objiciatur. Cui enim persuadebit aliquando Smitheus, se quæ de Cyrillo Lucari scripsit, Constantinopoli didicisse, aut in Ecclesia Græca eum ut sanctum et martyrem coli, qui anathematibus confixus est. Imo si *Dia veritas*, cujus se amantissimum testatur, alicujus apud eum pretii est, agnoscat, conjectanea illum omnia sua

(1) Smith p. 99.

(2) Pag. 205 ed. Gr.

(3) Confess. orth. ad. Lipsa. p. 6

Constantinopolim tulisse, et ut merces parum vendibiles demum retulisse. Quo enim modo Græci falsum illud systema non ignorassent, quod præterquam Claudio in Græca litteratura plane hosti, nemini unquam venerat in mentem? aut quomodo in contrariam Decretis synodalibus suis, Confessioni orthodoxæ, disciplinæ, communi doctrinæ sententiam intra paucos annos transducti fuissent, nemine contradicente, aut animadvertente? Sed satis confutata sunt hæc omnia paradoxa ab adversario doctissimo, neque illa uberius refellendi causa ulla foret, nisi animadverteretur quotidie, nihil tam absurdum aut falsum a quoquam alicujus nominis Calvinista affirmari posse, quod non statim laudatores credulos inveniat, moxque apud reliquos transeat quodammodo in rem judicatam. Nam mendacium illud totum, de Græcis nihil minus quam realem præsentiam transsubstantiationemque credentibus, sed eam fidem amplectentibus, quam Cyrillus sua Confessione exposuit, a Claudio conflatum est, dissimulante, vel ignorante potius quam diversum foret non Græcorum modo, sed doctissimorum etiam extra Romanam communionem de eadem judicium. Creditum id fuisse ab illiteratis ex ejus secta, nemo mirabitur: quis existimaret enim verbi divini ministrum in re tam seria aut ignorasse quod scriberet, aut quod incompertum sibi foret, tam certo affirmasse? Redit alter Constantinopoli, et quæ Claudius affirmaverat oculis se vidisse et auditu accepisse tribus libellis editis contestatur. Nos catholici patriarcharum omnium, metropolitaram et aliorum ecclesiasticorum testimoniis publicis privatisque, libris editis et ineditis, fama publica, disciplina quæ observatur oculis omnium, et aliis certæ auctoritatis argumentis muniti, Smitheum non vidisse vel audivisse Constantinopoli, quæ nunquam fuerunt, non temere asserimus,

A sed certissime demonstramus; atque adeo Gennadii quamdam Homilia oculatum ejusmodi testem, et nasutiores, ut loqui amat, ejusdem generis censores non reformidat. Unde quantumcumque commendetur cum laudibus ejus ἀποφά, recedere sensim videmus ab illius sententia doctos Protestantes: ut Laurentius Normannus fecit circa Confessionem orthodoxam, Petrus Allixius circa synodum Jasii habitam anno 1642, et Meletium Syrigum: dudumque eam exploserunt Marbachius, Calovius, Felhavins Augustanæ Confessionis theologi, et circa Cyrilli Confessionem et synodos an. 1638 et 1642, a quibus proscripta est. Neque ipse Smitheus omnino negat Græcos tandem hodiernos præsentiam realis et transsubstantiationis dogma imbibisse: sed id factum pessimis Latinorum fraudibus, quas arcanorum revelator dies docebit. Si supremum Judicii diem intelligit, ita sane: nam coram summo Judice patebunt omnia: si longinquum aliquod tempus, jam aliquot anni lapsi sunt ex quo dubitari non potest quin Græci nihil minus quam Λατινόφωνοι, de Cyrilli Confessione, de synodis contra eam ejusque auctorem habitis, de confessione orthodoxa, de transsubstantiatione, de Gennadio, de Syrigo, de Coressio, de Gregorio proto-syncello ejus discipulo, eam opinionem firmissime teneant, quam oculatus ille testis totis viribus impugnare aggressus est. Cum enim synodi Hierosolymitanæ decreta ipse Dositheus in Moldavia edi curaverit, quibus omnia perspicue continentur, quæ cum Claudiana Λατινόφωνοῦντων definitione stare non possunt, sed sinceros Græcos esse constat, qui præsentiam realem et transsubstantiationem credunt, frustra conjecturæ omnes sunt ubi Græci ipsi loquuntur. Unde quidquid ex falsa illa hypothesi contra Gennadium et ejus homilias Smitheus deduxit, accuratiori refutatione non indiget.

GENNADII OPERUM NOTITIA.

Quæcumque a Gennadio scripta ad nos pervenerunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate cum privato in monasterium Sancti Joannis Baptistæ prope Serras ad Menæceum montem se recepisset. Hunc ordinem ejus operum qui vitæ seriem sequitur, quidam mss. codices repræsentant, qui tamen id habet incommodi, quod de multis non ita liquet, ut quando scripta sint certo habere possimus, quo in genere sunt homiliæ complures, et minutiora quædam opuscula. Sed tamen hunc ordinem, quia commodior est, sequemur.

Georgius Scholarius adhuc laicus, circa Florentini concilii tempora scripsit epistolas, ut videtur,

bene multas; quarum selectæ quædam supersunt in cod. Regio 2953, hoc titulo, Ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ὑστερον Γενναδίου, *Ex Epistolis Georgii Scholarii qui Gennadius postmodum fuit.* 1^a nemini inscripta; 2^a Imperatoris fratri; 3^a magno chartophylaci; 4^a Marco Lipomano, Florentia Venetias missa; 5^a Ambrosio Camaldulensi; 6^a Magno duci: ibidem quoque scripta, ut videtur, non ex Græcia, ut suspicatus est Allatius qui illius meminit (1). Exstat quoque in cod. Colbertino 4958; 7^a anonymo de privatis negotiis; 8^a Philelpho Mediolanum Constantinopoli scripta, ut existimo, et ante professionem Italicam, aut post reditum; nam in ea dolet cripi sibi per stre-

(1) De consensu, p. 962.

pitum iudiciorum occasiones ad amicos scribendi ; 9^a principi, πρίγκιπι, sive is sit Theodorus Despotas, sive Constantinus qui postea imperator ultimus fuit ; 10^a imperatori Constantino, quam scripsit jam monachus, gratias agens de munusculis missis ; 11^a Paisio Cretæ, ut conjicimus, archiepiscopo, cui perpetuus pro Christo labores et liberationem ex carcere gratulatur ; 12^a Lemnum de turbis Constantiopolitania ; 13^a Imperatori Trapezuntis de missa ad Italos legatione ; 14^a Nomophylaci in Pe'oponnesum ; 15^a Marco Ephesino præfixa epusculo adversus Gemistum Plethonem pro Aristotelis defensione ; 16^a absque titulo, de privatis negotiis. Has Epistolas omnes repræsentat codex ms. bibliothecæ Regiæ, selectas, ut videtur, ex aliis pluribus, quasi digniores quæ in codicem referuntur. In Colbertino adjunctæ sunt veterum aliquot epistolis, unde styli potius gratia quam ad historiam illustrandam videntur collectæ, ut etiam paucae aliquot Lucæ Notaræ Magni ducis, Theodori Despotæ, et quorundam aliorum imperii Constantinopolitani procerum.

Florentiæ scriptis Orationes quæ cum Actis concilii circumferuntur, si tamen illius sunt ; potuit sane eas scripsisse, ut ex Actis liquet : nam ad eorum sententiam qui unionem cum Latinis suaderent, accessisse Georgium Scholarium verisimile est, imò certum, nisi quis Acta falsitatis accuset, quod certis argumentis probare difficile est. Confirmat Actorum fidem epistola Marci Ephesini ex col. Florentino et quæ exstat in Regio 2955 producta ab Allatio, qua in Scholarium invenitur, quod aliquam cum Latinis concordiam fieri posse existimasset. Verum non pauca in has orationes irrepsisse fatendum est, quæ adnotare prolixioris esset operæ. Editæ sunt et Romæ cum concilio Florentino in fol. Græco-Latine, Matthæo Caryophyllo interprete, et in 4^o tum in editione Romana conciliorum an. 1612, tom. IV. Exstare ait Allatius in codd. mss. Scoriacensi, Bavaricis duobus, Altempsiano, et Ant. Augustiani. Habentur quoque in codd. Regiis, et in Cæsarea bibliotheca n^o 61, inter Græcos historicos (1).

Apologia pro quinque capitibus concilii Florentini serius scripta, edita est Romæ 1577 in fol. cum eodem concilio Græca ; et Latine, Fabio Beneyolentio interprete, in 4^o 1539, Græco-Barbare versa a Matthæo Caryophyllo, et aliquoties in *Bibliotheca Patrum*. Eam Caryophyllus Gennadio abjudicat, quem refellit Allatius. Illorum rationes ad examen revocare prorsus inutile videtur. Nam cum ex iis quæ a nobis de Gennadio dicta sunt, constet eum statim atque Constantinopolin reversus est, Marco Ephesino reconciliatum, operam omnem in per-

(1) V. Lambecium l. viii, p. 505 et seq.

(a) Josepho Methonensi assernit R. P. Cuperus, socius Bollandianus, in *Historia patriarcharum Cypolitiorum* quæ Actis SS. Augusti t. I præmittitur, p. 193. Recole quæ jam tomo superiori monuimus in Josepho Methonensi. Edit.

vertenda unione contulisse, frustra quæreretur quo tempore hæc Apologiam edidit, quæ non nisi post cladem urbis, atque adeo in patriarchatu scripta censetur, ab iis qui illam Gennadio attribuant (a) : nunquam enim resumptum semel in Latinos edium deposuit, imò perpetuis accusationibus in eos invecus est, et in ea sententia ad finem usque vitæ perseveravit. Si ergo illius opus hæc Apologia censenda est, scriptam fuisse oportuit aut Florentiæ, aut statim post reditum. Sed si quis ita statuat, eandem interpolatam fuisse fateatur necesse est, adnata de calamitatibus Constantinopolitanis satis longa lacina.

Orationes hæc exstant : Εἰς τὴν ἄγλαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσιν, in *Jesu Christi Domini nostri Transfigurationem*. Scripta, ut habetur in codice Regio 2955, cum adhuc sæcularis esset, sub Joanne imperatore, reperta Thesalonica post captam Constantinopolin.

In festo τῶν Ἐισόδων προσφωνητικός. Lecta hæc oratio in monasterio Periblepti primum, præsentate Constantino imperatore.

Alia absque titulo, πάλας μὲν Ἰουδαίος, in eodem codice.

In Commemoratione Decollationis S. Joannis Baptistæ. Oratio exstat in eodem cod. In nostro, sub titulo Gennadii Monachi, incipit : Ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης καὶ Βαπτιστής. Omittitur ab Allatio.

Alia, εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, In *Nativitatem Domini nostri Jesu Christi secundum carnem*. Gennadii Monachi in eodem cod. et in nostro, incipit, Οἱ λαμπρότατοι τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες. Scripta est autem in monasterio S. Joannis Baptistæ. Exstat in codd. Regiis 2955 et 2959 et in nostro : ejus non meminit Allatius.

Alia de Transitu B. Mariæ Virginis, ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ὑπαρχίας Δεσποῦντος ἡμῶν Θεοτόκου. Exstat in eodem Regio codice, et in 2959. Ex ejus titulo colligitur scriptam fuisse in monasterio Pammacarissæ, nempe Constantinopoli, lectam in festo Dormitionis B. Mariæ, in tertio, inquit, nostro ad urbem violente reditu, indict. 12, an. 72, hoc est anno mundi secundum Græcos 6972, cui respondet indiclio 12, J. C. 1464. Atque ita falluntur qui annum 1460 supremum Gennadio fuisse nullo fundamento affirmant. Videntur autem verba isto manu ipsius Gennadii scripta. Incipit, Ἡ μὲν τοῦ ἔτους ἀρχή, habetur quoque in nostro cod.

Alia, de secundo Adventu Domini nostri, et de Resurrectione corporum. Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως. Exstat in eod. cod. Reg.

Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου, *de parabola Publicani et Pharisæi*, cuius initium est, Τὸν τῆς ὑπερηφανείας κρημνόν. Exstat in cod. Reg. 2958 et in nostro, neque hanc vidit Allatius.

Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ ἀσώτου, καὶ περὶ μετανοίας, *de Parabola Prodigii, et de Pœnitentiâ*. Incipit, Ὁ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων γογγυσμός. In eodem cod. Reg. et nostro: non meminit Allatius.

Alia hoc titulo, Τοῦ μακαριωτάτου καὶ δοιδίμου πατριάρχου κυρίου Γενναδίου ὁμιλία βηθεῖσα τῇ ἀγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ ἐν τῷ παλατίῳ, ἐπὶ ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν σχήματι τυγχάνοντος. *Beatisissimi et venerandi patriarchæ domini Gennadii Homilia dicta in sancta et magna Parasceve in palatio, cum adhuc in sæcularium habitum esset*. Exstat in eodem cod. 2958.

Alia sub hoc titulo, Θεωρία περὶ τῶν ἐν τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ ταλάντων, *de parabola talentorum in Evangelio consideratio*. Hujus initium, Ὁ τὰ πέντε τάλαντα πεπιστευμένους. In eod. cod.

Homilia de corpore et sanguine Domini, quam hic usque in solo nostro codice reperimus hoc titulo prænotatam: Ἐκ τῶν ὁμιλιῶν αἱ ὁμιλούμεναι ἐν τῷ δυστυχεῖ παλατίῳ κατὰ Παρασκευὴν ἐν τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ, εὐρημένων μετὰ τὴν ἄλωσιν. Ἐγράφοντο δὲ μετὰ τὸ ἀγράφως ὁμιληθῆναι παρακλήσεις φίλων. αὕτη δὲ ὁμιλήθη ἐν τῇ Παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου. Ὅμιλία περὶ τοῦ μυστηριώδους σώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Ex Homiliis quæ pronuntiatæ fuerunt in infelici palatio, singulis sextis feriis in magna Quadragesima, inventis post captam urbem. Scriptæ autem fuerant postquam viva voce fuissent pronuntiatæ amicorum hortatu. Porro hæc pronuntiatæ est in Parasceve Lazari. Homilia de sacramentali corpore Domini nostri Jesu Christi*.

Alia de eodem argumento brevior, scripta ut videtur Constantinopoli postquam patriarcha renuntiatus esset, in qua alterius meminit. Eam in nullo codice reperimus, sed eam transtulimus ex Opere Meletii Syrigi adversus Cyrillum Lucarin, ubi refertur.

Multas præter enumeratas a nobis Homilias scriptas Gennadium testatur ipse in Epistola quadam, in qua de suis operibus ad amicum scribit: Ἐπὶ δὲ ὁμιλίαι αἱ σχεδιασθεῖσαι, ἵνα μετὰ τὰς ἀπὸ στόματος γεννησόμενας ὁμιλίας τῷ λαῷ ἀνγινώσκωνται αὐτὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καθ' ἑκάστην Κυριακὴν ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὸ ἀριστον συναγομένων

(1) Exstat idem opusculum in bibl. imperatoria Viennensi ad Gr. theol. 296. Vide Lambec. l. v, 257.

(2) De duplici Gennadii Confessione et de Gennadio ipso hæc scribit Ern. Jul. Kimmel in Proleg. ad Libros Symbolicos Ecclesiæ Orientalis. Jenæ, 1813: « Quod in munere Græcorum patriarchali, rebus valde ancipitibus, Gennadius quanta prudentia se gesserit, ex eo patet, quomodo cum ipso Muhammede

τῶν Ἐνορειτῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, πῖν ἀναγκαῖον σχεδὸν περιέχουσαι. *Item Homiliæ compositæ, ut post eas quæ viva voce pronuntiatæ sunt Homiliæ in Ecclesiis populo prælegerentur per singulas Dominicas successive post prandium, congregatis Enoritis, sive montis accolis in unaquaque ecclesia, quidquid fere necessarium est continentes.*

Homiliis adjungi possunt, *Oratio contra simoniacam hæresim*, scripta biennio ante captam urbem ac Constantinum imp. Κατὰ τῆς σιμωνιακῆς αἱρέσεως ἡ ἀπιστίας, initium: Τὰ ἐξ ἀθέτων τούτων βαρβάρων, in cod. Reg. 2955 et nostro.

Περὶ διαφορᾶς τῶν συγγνωστῶν καὶ θανασιμῶν ἀμαρτημάτων, *De differentia peccatorum venialium et mortalium*. Inc. Ὁ μὲν ἀκριδέστερος, in eodem Reg. codice (1).

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι νῦν θαύματα ὡς πρότερον. *De eo quod nulla nunc ut olim miracula fiant*, in cod. Reg. 2959. Initium, Ζητοῦσι τινες.

Opera Gennadii theologica varia sunt, præter ea quæ adversus Latinos scripsit, de quibus agetur postremo loco.

Primum inter opera theologica locum tenet, *Expositio fidei Christianæ coram Turcarum imperatore Muhamede facta, et scripto comprehensa*. Hujus duplex editio est, altera prolixior, altera brevior. Primæ titulus in nostro et Regiis codd. talis est: Γενναδίου μοναχοῦ καὶ πατριάρχου τῶν τοῦ Χριστοῦ πενήτων, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ σουλτάνῳ αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχεῖῳ τότε γεγεννημέναις: καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἠρμηνεύθη δὲ ἀμφοτέρω Ἀραβικῶς, καὶ οὕτως ἐδόθησαν. *Gennadii monachi et patriarchæ Christi pauperum de sola via ad salutem hominum. Datum vero est hoc opus sultano petenti, post habitas coram eo disputationes in patriarchio, et deinde aliud brevius editum est: ambo autem Arabice interpretata sunt et ita publicata*. Arabice cum interpretatum aiunt, Turcice intelligi; neque enim ullum Arabicæ versionis vestigium in cod. mss.; exstat sicut in plerisque codicibus. De eo Allatius p. 402. Brevius alterum opusculum idem est quod edidit *Turro-Græciæ* lib. II Martinus Crusius, eum versione Turcica quæ, ut titulus habet, facta est ab Ahmeto judice Berrhææ, patre Mahmouti Chelebi, scribæ imperatorii. Ejusdem exemplar simul cum Turcica versione elegantissima manuscriptorum, sed Græcis litteris, et fortassis idem quod aut imperatori, aut primario alicui Turcæ destinatum fuit, habetur in bibliotheca regia n° 2961 (2).

versatus sit, et quantum apud eum valuerit. Quod enim vix fieri posse videbatur, ut, Turcis, gente horrida ac fera, urbem tenentibus, Græci possent intra eadem mœnia tranquille degere, id patriarchæ ope et libera fidei Christianæ expositione effectum est. Habemus vero hujus *fidei confessionis* duplicem cautionem: unam, dialogica forma conscriptam, alteram continua oratione, quæ est primæ illius retractatio. Inducitur in illa Muhammedes de articulis Christiana-

Editum quoque est anno 1556, in Hæresiologia, A
translatum Latine a Gregorio Hermonymo Sparta-

no Helmestadii Gr. Lat. 1611 4°, in *Bibliotheca Pa-*
trum tom. IV, p. 950. De eo videnda quæ scribit

næ fidei, quos sane fama atque auditione potuerat accipere, interrogans, Gennadius ei respondens. Hanc primo patriarcha videtur litteris consignavisse. Post vero, cum imperator eam professionem litteris mandari sibi tradidisset, retractavit, elimavit et absolute reddendo hanc alteram evulgasse videtur. Utraque vero hoc habet commune, quod veterem tractat theologiam, i. e. duo illa dogmata, in quorum persecutione veteres præcipue versati sunt, de Deo ejusque natura et de Christo ejusque sublimiore natura. Cætera quidem dogmata quod omiserit auctor, multum absum quin vituperem. Quis enim est, qui nesciat, in illis duobus tunc temporis Christianorum proprietatem conspicuam habitam fuisse? Nullo igitur pacto patriarchæ opus fuit, cætera dogmata, veluti ea, de quibus Græci a Romanis disenserunt, attingere. Satis fuit, illa duo ita absolute, ut Turcarum principi etsi non plena assensio, certe lenius iudicium medicis reverentia exprimeretur. Id quod talem habuit eventum, ut sæpius Gennadius ad Imperatorem vocatus esse, utque ipse Muhammedes de sua religione addubitative diceretur. Ex quo id certe efficitur, eum liberaliorem ac mitiorem rebusque divinis et audiendis et percipiendis aptiorem fuisse, quam vulgo creditur.

« Spirant vero illæ confessiones, et a liberalitate et a doctrina merito laudatissimæ, Platonicam de dogmatis illis palmariis sentiendi rationem. Viguit enim adhuc illo tempore Platonicum studium, cui optimi quique sese dederunt. Sed exsiterunt jam Aristotelis amici, qui cum Platonice concertare, eorum magistro palmam eripere eamque Aristoteli deferre omni ope niterentur. Ex his fuit imprimis Georgius Trapezuntius, Romæ demortuus anno sæculi xv octogesimo sexto. Scripsit is librum plenum, ut tradunt auctores, contumeliarum, quibus Platonis auctoritatem infringere studuit, cujus patrocinium Bessarion, a papa jam inter purpuratos patres relatus, ita suscepit, ut, plaudentibus ei plurimis doctis hominibus, Trapezuntius temeritatis suæ poenas daret (1). Bessarion autem, quanquam pro Platonis gloria certamen subit, tamen non inter acerrimos hujus propugnatores stetit. Ut in Ecclesiarum discordiis in se præbuit, neutri plane repugnantem, sed neutri prorsus servientem, sic etiam in scholarum philosophicarum contentionibus ita versabat naturam, ut Platonis quidem fautor, non vero Aristotelis contemptor aut implacabilis hostis numerandus videretur esse. Neque hoc in genere Gennadius ejus dissimilis fuit. Platonice palam sectatus est scholam, non vero Platonice, quæ minus viderentur Christiana esse temere amplexabatur. Constat, eum contra Plethonem, Byzantinum, medio sæculo xv in Peloponneso denatum, acriter pugnasse, quia Platonis quidem placita docte et subtiliter docebat, sed destructo ipso Christianæ doctrinæ fundamento, quod in Dei unitate invittitur. Ille ille similitatem contraxerat sibi ob libros *De Platonice atque Aristotelice philosophiæ differentia et de legibus* (a) conscriptis, qui præter Gennadium etiam Georgium Trapezuntium et Manuelem Peloponnesium (2), magnæ ecclesiæ rhetorem, nacti sunt acerbissimos adversarios.

« Sed ut ad Gennadii confessiones redeam, hæc fere sunt, quæ ad Platonice familiæ consuetudinem

ac formam cogitata videntur esse. *Deum non esse interpretabilem* ut est initio; summum Platonice dogma est: Plat. Tim. 303 Bip. edit.; Orig. contr. Cels. VII. 48.; Greg. Naz. orat. XXVIII. Per vitam eminentiæ, ut aiunt, de Dei virtutibus posse conjecturam fieri, quod Gennadius altera confess. num. 2 docuit; hoc idem, duce Dionys. Areop. *De div. nom.* 7, Platonici imprimis persecuti sunt. Θεού nomen repetendum esse a θεόν (col. 319) ex veteribus illius philosophiæ sectatoribus tradidit Γ. ροphilus ad *Autol.* I, p. 70 et 71. Homines interdum et quidem per participationem, i. e. ob vitam puram, qua divinæ naturæ participes facti sunt, deos nuncupatos esse (*ibid.*), non minus est sententia a Platonice sæpe memorata: Athanas. *De defin.* tom. II. p. 44; Clem. Alex. *Strom.* VIII, 2, 25. Mundum a Deo ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι esse creatum p. 11, consueta quidem formula fuit, sed eadem a Platonice culta et frequentata, ut Aristotelicorum de æternitate materiæ somnia restinguerentur. Deum non σῶμα εἶναι, sed ζῆν νοερόν; (*ibid.* art. 1.); cum gravitate monet vel Aristotelicorum gratia, vel quod a Platonice ita didicerat, qui idem proponere solerent: Orig. *Eclog. in Genesis.* p. 25. Neque a Platonice axiomatibus remota sunt quæ dicit (col. 338), διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας; καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ mundum condidisse Deum; similia sunt, quæ Irenæus tradit (II, 50): *Omnia fecit Deus per se ipsum — per verbum et sapientiam.* Quod porro aliquoties non tam exposuit Gennadius, quam significavit, Deum et mundum condidisse et gubernare solo suo in homines amore ductum, id ipsum a veteribus Platonice sæpe disputatum esse scimus. Gravibus verbis (col. 334) esse quidem in mundo movuit Deum, sed supra mundum, ut, quod Platonice similibus formulis usi dicere consueverunt, Deum extra ipsum mundum, cum eo non necessario natura coherentem monstraret. Adjecit admodum apposite, eum ἐν οὐδενὶ τόπῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ esse, quam utriusque placiti conjunctionem item veteres, qui ex Platonice schola prodierunt, theologi amarunt, veluti Clem. Alex. *Strom.* II, c. 2, Οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ Θεός; ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ τῆς τῶν γηγόντων ἰδιότητος. Magnum porro momentum tribuit divinæ providentiæ eamque amplioribus verbis describit (col. 338), plane ex mente illorum qui Aristotelicorum placito, *sub luna nullam esse providentiam* vellent occurrere: Talian. II, Chalcidius 345, Theodor. II orat. Hanc simplicitatem antiquitate venerabilem, philosophice coloribus distinctam repræsentavit etiam in Trinitatis expositione. Ut Iren. IV, 20, *adest semper*, inquit, *Verbum et sapientia, Filius et Sp. S.*: eodem modo Gennadius (col. 338 A) jam ante conditum mundum affirmat fuisse Λόγον καὶ Πνεῦμα ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ φυσικῶς, καὶ τὸ Θεὸς νοῦς ἐστίν, cui id affine est, quod veteres de Λόγῳ certe dixerunt, eum ante mundi creationem Deo infuisse, id quod apud Athenag. exstat *Legat. pro Christianis* X: Ἐξ ἀρχῆς; γὰρ ὁ Θεός, νοῦς ἀλόγος ὢν, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν Λόγον, αἰδίως λογικὸς ὢν. Magnum porro antiquitatem sapit, quod Dei naturam ob ejus trinitatem non quidem verbis definiiri ac circumscribi posse censet, (col. 322 A). Idem enim sensit ex Origenis schola progressus Didymus *De Trinit.* I, 9, 15; II, 1; nihilominus

(1) Cfr. Leo Allatius Diatribæ de Georgiis p. 378.

(2) Manuelem propterea offendisse fertur alius liber Plethonis περί τῆς ἔκπορεύσεως τοῦ Πνεύματος; ἀπόδειξις, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἔκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, etc., in quo argumenta

(a) Cf. Alexandre in libro inscripto: *Plethonis De legibus quæ superveniunt.* Paris. 1868.

maxime ex Platonice gentium philosophia petierat. Quo ita exarsit Manueles ira, ut eum infensi Christianæ virtuti animi insimularet. Cfr. Leo Allatius, *De per. et.*, etc., p. 955.

Possevinus *Apparatu sacro*: quanquam falso sus- A processioem Spiritus sancti a Patre et Filio perti-
picatur a Græcis, subtracta quædam fuisse quæ ad nerent. Id enim non ex collatione mss. codicum,

vero illud ipsum mysterium imaginibus et similitudinibus illustrare, quantum possit, studet. Nec in harum delectu a veteribus dissidet. *Solis* certe imaginem (col. 322) invenimus apud Athenagor. *Legat. X*, qui, qualis sit spiritus, lectoribus voluit ita clarius reddere. Platonice formulis, quibusnam locus I Joann. IV, 16, commiscebatur, innititur illa mysticorum magis quam scholasticorum propria Trinitatis explicatio, qua tres personæ esse dicebantur *Deus, Sapientia, Amor*. Hanc mysterii absconditi expositionem legimus in Gennadii conf. II, p. 13. Ipsam vero duarum in Christo naturarum earumque distinctarum et καθ' ὑπόστασιν tantum et προσωπικῶς unitarum, non igitur commistarum et confusarum, rationem illustrat exemplo antiquitus jam adhibito, quod de hominis ex anima et corpore compositi natura sumpsit (col. 342). Idem non solum est in Augustini plurimis locis, sed etiam apud alios qui philosophorum Platonice doctrinam et dicendi rationem ad res Christianas enarrandas accommodarunt. Cfr. Cyrilli altera *ad Succ. epist.*, Opp. V, 2, 143. Hinc affine est illud, quod, qui huic similitudini aliquid momenti ac ponderis inesse arbitrarentur, usi sunt formula, qua, quo pacto humana natura juxta divinam esse potuisset, explicare sese posse opinarentur, hac nimirum, quæ ibidem apud Gennadium est art. 7, τὴν ἀνθρώπιαν φύσιν ἐν αὐτῷ τῷ προσληφθῆναι συστήναι, quod idem plane est quod ex veteribus Alexandrina philosophia imbutis dixit Hippolyt. *contr. Noet.*, 15, ἐν λόγῳ τὴν οὐσίαν ἔχει ἡ σὰρξ, et quod Bellarminus, multis interjectis sæculis contendit, *De Christo*, III, 17: Verbum sustentat humanitatem. Humana natura eo ipso, quod a divina assumpta est, substituit, subsistendi facultas humanitati a divina altera personæ parte indita est. Ne vero Christi divinitas humanæ naturæ astricta arctiore, quam par erat, loco circumscribi videretur, vindicavit ei (col. 343) Dei virtutem, qua veteres, veluti Theoph. *ad Autol.* II, 3; Orig. *de princ.* II, 13, Deum mundo longe superiorem, ei minime quasi implicatum esse, conantur monstrare; dico id, quod apud Origenem passim est τὸ ἀπειρον, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον. Dixit Gennadius prorsus ex mente illorum philosophorum art. VIII: Ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ἀπειρος, ὡς περὶ καὶ Θεός; ἐστὶν ἀπειρος, contendens, hunc Λόγον et in Christo (homine) esse, et in mundo et in cælo et in Deo Patre; quippe qui ex eorumdem illorum sententia nunquam esse possit ἄλογος. Dicere autem ausus est, Λόγον in Deo ipso esse et tamen per se subsistentem. Priscam enim sententiam ante jam (col. 342) professus fuit: quodcumque sit in Deo et ex Deo, id sua natura (Crusii rursus lectionem secutus sum) Deum ipsum esse, non ita divinæ naturæ quasi involutum, ut non suis viribus existat; in Deo enim nullum esse συμβεβηκός, unde Λόγον non solum natura sui compositum, sed etiam Deum esse. Dixi priscam hanc esse argumentationem et philosophiæ speciem præ se ferre. Iisdem enim rationibus Greg. Naz. orat. xxxi declarare conatus est, Spiritum esse οὐσίαν, non συμβεβηκός, deinceps Deum esse. — Viguit antiquitas de inspiratione etsi non accuratus definita hæc certe opinio, non, ut videtur, apud omnes, sed apud eruditiores ac liberaiores: fuisse non omnes sacros auctores eodem divino afflatu dignatos, alios potius aliis superiores vel largiore vel diutius durante revelationis bene-

ficio. Hoc certe Origenes sæpius fassus est; disertis verbis in homil. in *Numer.* xvi. 8: Aliqua quidem *Dominus* locutus est, et non *propheta*; alia vero *propheta* et non *Dominus*. Pari modo etiam Gennadius hanc sibi sinit sententiam, prophetarum, qua usi essent, inspirationem et exiliorem fuisse et interruptam. Hoc certe latere puto illis verbis, quæ sunt (col. 346 A): Dei benevolentia magis adacta est ex eo, quod ipse Deus (ex Crusii edit. *Ipsæ Logus divinus et Deus*) cum omni sua virtute in Jesum pervenit, quam quod ἐπεμπεν εἰς τοὺς προφήτας; αὐτοῦ μὲν χάριν ἦ δύο, καὶ εἰς ἄλλον μὲν προφήτην ἔλαττονα, εἰς ἄλλον δὲ μεζζονα. Non igitur omnis prophetarum multitudo eadem inspiratione adjuncta est, nedum illa, quæ in Jesu fuit, postquam Deus ipse ejusque Λόγος ei inhabitavit; sed modo majore, modo minore, utique pro eorum dignitate. Nec eis in fuit Λόγος, sed χάρις, id quod etiam de cunctorum scriptorum natura dixit art. 14.—Λόγος vero cur cum homine Jesu copularetur oportuerit, bene exposuit Gennadius (col. 339), nec hoc in loco a priscorum philosophantium theologorum alienatus. Totus enim terrarum orbis divinarum legum oblitus præter Judæos multorum deorum, qui non veri essent dii (θεοὶ μὴ ὄντες (ibid.)), cultui addictus fuit. Voluit igitur Deus ἀνάπλασιν τῶν ἀνθρώπων fieri per Verbum et Spiritum, et ob hanc potissimum *novam creationem* — quæ rursus ex Platonice sententia dicta est — divinitas susceperit humanam naturam. Sic quidem paravit Deus ob solam suam misericordiam convertere homines et liberare ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων. Quam totam opinionem ex Platonice scriptis mutuatus est. Hi enim deos alienarum gentium *deorum* nomine indignos habuerunt, sed dæmones vocabant, quorum fraude factum sit, ut unus Deus negligenter, inque eum officia violarentur, ut deorum nomina inventa essent fabulæque, quarum suavitate omnis veritas sublata esset, excogitatæ atque in vulgus dissipatæ (1). Quod animarum post mortem statum attingit, ex prisce Ecclesiæ consuetudine illarum immortalitatem cum corporum resuscitatione arcte composuit, corpora sanctorum secundum Platonice formulas ἀθάρατα, φωτεινά, διαρκῆ futura esse ratus (col. 346). Quid interim usque ad illam corporum restitutionem agant ac sentiant animæ, non satis liquet ex art. 12. Ni vero egregie fallor, præparari eas putavit ad plenam beatitudinis perceptionem. Dixit enim, tales animas τελετωσθαι εἰς τὴν γνῶσιν, qua usque ad corpora reddita adactæ videbunt Dei arcana, quæ nunc quidem jam cognoscunt, sed tantum per fidem. Refellit igitur illorum sententiam, qui animarum vel iustorum conditionem esse insensum, virium et conscientiæ carentiæ opinarentur; rectissime et cum veterum optimis et sagacissimis viris (2) jam illo tempore, inter mortem et resuscitationem posito, esse remunerationis initium statuens (3). — Addere denique pauca lubet de argumentis pro rei Christianæ veritate a Gennadio prolatis. Ac primo loco ponit *vaticinia* (col. 347), quam item Justinus, *Apol.* II, 30, μαγιστην καὶ ἀληθεστάτην ἀπόδειξιν esse censuit. Vaticinatos esse prophetas, quæcumque fecerint et Christus et apostoli, quem accuratum vaticiniorum in Christo eventum miratus jam fuit Orig. *De princ.* II, 2 sqq.; in Joann. Iov. II, 28; vera etiam oracula Græcorum συγχωρησάι Θεοῦ de Christo facta fuisse; id quod non multum abest a

(1) Baumgarten-Crusius, *Theol. bibl.*, p. 35; *Hist. Dogm.*, II, p. 982, n. 2.

(2) Justin., *Diat. c. Tryph.*, 80.

(3) Eandem fere sententiam legimus multis argumentis stabilitam in libro pro concil. Florent., c. 4.

sed conjectando tantum colligit, quia Gennadium, A non existimabat. Sed quam inanis hæc conjectura qui ipsi catholicus videbatur, ea silentio præterisse sit, ex superius dictis manifestum est.

sententia late pervagata, antiquitatis doctissimis et summis hominibus infuisse *αἰθέρα* quoddam divinum, quo ad verum indagandam et Christiana quædam inveniendi lati essent (*μακρὰ ἀσθημῶν τοῦ Ἰησοῦ* apud Gennad. art. 14). Astronomis etiam et Persarum (1) et Græcorum ab eodem hanc tribui laudem, quod futura prævideriat, permittente scilicet Deo, et quasi eminus Christum intuentes, non mirabitur, qui, quantopere astrologorum artem veteres ad futura præcognoscenda valere opinati sint, secum reputari (2). Alterum pro Christiana veritate petiit argumentum ex Scr. sacr. perfectissima consensione, et hanc ex eius auctore, quæ fuerit gratia divina (art. XV). Quæ cuilibet in veterum lectione versato id in memoriam revocant, quod est apud Iren. vi, 9 sqq., 15 sq., 32. (cfr. Clem. Alex., *Pædag.* iii, 12); hoc tantum discrimine inter utrumque intercedente, quod ille consensum ex inspiratione, hic inspirationem ex consensu repetiit. Tertio argumento ex eo desumpto, quod multi et sapientissimi quidem homines ad hanc fidem accesserint, apte adnectit quartum, quod *morale* dixerim, perantiquum, ex Apologeticis a Justino (3) jam frequentatum; religione Christiana contineri *πάτρια πνευματικά*, nihil quod hanc tantum vitam spectet, sed instillare hominibus amorem Dei et futuræ ejusque æternæ vitæ; eripere eos hujus et calamitibus et fortunis, collocareque in sublimiore loco, unde terrena despiciant, cælestia quærant. Cui affine est, quod deinceps sequitur art. XVIII, fideles Christi assecras vere vitam egisse probam atque sinceram; ad quam et ii, qui primis Ecclesiæ sæculis ejus patrocinium susceperunt, provocabant (4). Neque miraculorum obliviscitur per charisinata, quæ diu Christianis data fuisse credebantur, patrum, quippe non dæmonum ope, quorum *πλάνη* penitus explosa est (art. XVI), sed vi Dei, qui inde suam rem sustentari voluit. Horum argumentorum seriem claudit ita, ut duo *ultima philosophicum et historicum* (5) poneret (art. XIX et XX): argumentorum, quæ Christianæ doctrinæ possint opponi, tantam esse imbecillitatem ac levitatem, ut facilia sint ad refutandum, ipsi autem hanc vim, ut per plura sæcula, persecutionum et cædis plena, duraverit intacta eamque immaculatam atque incolumem Dominus, ubi redierit, reperturus sit.

Hæc paulo uberius disputata facile apud lectores veniam impetrabant, cum exinde et confessionum gravitas et sententiarum pondus atque ubertas æque conspicua sit, ac fidei, quam repræsentat, antiquitas, sensus ac mentis simplicitas. Quapropter si ea laus Græcæ Ecclesiæ merito tribuenda est, quod tumultibus dogmaticis minus percussa sit, opinionum novitati et illecebris fere nunquam cesserit, quod denique antiquioris Ecclesiæ, cujus vestigiis fideliter institerit, et dignitatem et venerabilem speciem præ seferat, pro-

fecto hæc cometa cadunt in hæc, de quibus quærimus, confessiones, eo laudabiliores, quod nullis admistis incertis et dubiis ea tantum proponunt quæ omnibus Christianis non probata non esse debuerant, Platonicis quasi luminibus ita distincta, ut facile lectorum capiant mentes et oblectent.

Unum continere me non possum quin commemorare, in quo eum video ab uno suæ Ecclesiæ dogmate descivisse. Summam scimus omnium Græcos inter et Latinos disceptationum fuisse in *processione Spiritus sancti*, de qua iudicium quasi tessera fuit, qua potius quilibet dignoscet. Quid igitur dicamus, cum in *conf. i* (col. 322 C) verba legitur: *Pater generat Filium et a Patre et Filio procedit Spiritus sanctus*; id quod etiam similitudine stabilit, qua illud associatus sibi videbatur esse: *Corpus solis producit radios, a sole et radiis procedit lumen*? Et hoc idem est, in quo exponendo versatur primum caput libr. pro concil. Florent. — His si refragari videntur, quæ sunt col. 323 D, *quemadmodum spiratio generatur ab anima, et Spiritus sancti procedit a Patre*; non tam cogitandum est de quadam mentis varietate, quasi eorum imperatore, harum rerum rudi atque experte, liceret modo hoc modo illud proferre, prout linguæ volubilitas et rerum connexio postulaverit; sed tum de imaginis, qua usus est, ratione, tum de alio auxilio, quo illa discrepantia elevetur. Imaginem duxit ex anima, ut Trinitatis unitatem monstraret. Anima producit et sermonem et spiritum, sic et unus Deus, i. e. *unum Dei principium* tum Filium generat, tum Spiritum, ut ajuat, aspirat. Non itaque agit de Deo, una in Trinitate persona, sed de ipsius divini numinis substantia, quæ animam humanam exæquans duorum est causa, sermonis et spiritus. Quamquam igitur ipsius imaginis natura Gennadium prohibuit, quominus juxta Patrem, Spiritus auctorem, poneret et Filium; tamen, non de processione Spiritus sancti agens, sed de Deo, universorum causa, uno, duobus aliis in suam naturam ex se accitis, non de sua sententia abiisse putandus est. Ac si quis ex eo quærere voluisset, quid ipse de his verbis, quibus secum pugnae videatur, sentiret, haud arbitrator eum alia responderum fuisse, quam quibus in libro pro concil. Florent., i, 4.; in re simillima se expedit. Cyrilus M. in *Joann.* xiv, his verbis cum usus esset, *ex divina essentia profluit, quod ex ea procedit*, quibus Spiritus sancti processio ad solam Patrem referri videtur, Gennadius non dubitavit his opponere illud, a Deo cum Filio omnes sui proprias virtutes communicari, non *improprie, sed naturaliter et essentialiter*; ergo etiam illam vim, qua Spiritus sanctus ex ipso progreditur. Quo quidem concessio illibata erit Gennadii fides, nec debuit ubi vis locorum, necessitate urgente nulla, vel ne opportunitate quidem data, Patris nomini addere Filium, cum neuter sine altero sit (6). — In alterius

(1) Justin., *Cohort.*, c. 11 Euseb., *Præp. evang.*, ix, 10

(2) Baumgart. *Crus.*, *Dogm. Hist.*, II, 860 not.

(3) *Dial. c. Tryph.* c. 110, *Apol.* i, c. 15 sqq.

(4) Neander, *Historia. eccl.*, i, p. 181.

(5) Hoc etiam in libro pro concil. Florent. composito c. 5, sect. 18, exposuit auctor, his Chrysostomi verbis usus: «Quot jam inde a principio adversus Ecclesiam bellum gesserunt, cum erat planta recens, arma adversus eam sunt expedita? At nunc Dei gratia et sancti Spiritus robore et imperator est pius et milites, et omnis terra fide est repleta. At in origine ejus, in exordio reges impii,

milites irreligiosi, ob jussa principum ardebant, undique tumus (in textu male: *sumus*) et nidus, acer inquinabatur, dæmones bacchabantur, diabolus satabat, pater filium ablicabat, filius patrem non colebat, natura scindebatur et religio; ubi igitur, qui ausi sunt adversus Ecclesiam in acie stare?»

(6) Id sæpius de Filio prædicat, eum scilicet nunquam a Patre abesse, etsi in terra sit et inter homines versatus. Quapropter dicit (col. 330, *principium productionum esse Patrem et etiam Filium, productus autem esse Filium et Spiritum sanctum*; quod utrumque facile potest concociari.

Contra Judæos scripsit per modum dialogi librum A gi. Colloquantur Christianus et Judæus. Initium hoc titulo Ἐλεγχος τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἐκ τε τῆς Γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸς τὴν Χριστιανικὴν ἀλήθειαν παράδεισις ἐν σχήματι διαλόγου, *Consultatio erroris Judaici ex Scriptura et rebus gestis et ad Christianam veritatem cohortatio per modum dialo-*

est, Βούλοι διαλεχθῶμεν ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλους διαφέρομεθα Χριστιανοὶ τε καὶ Ἰουδαῖοι. Exstat in eod. Reg. 2934 et 2939 et in nostro similiter. In utroque scriptus dicitur, Ἐν τῇ τρίτῃ μου βίβλῃ πρὸς τὴν πλὴν ἀνάθεσθ. In meo additur, Καὶ δόξα ἐκείθην

confessionis loco, ubi eandem rem disquirat, clarior et distinctior, vel, si mavis, cautius dixit; rectissime (col. 334) et Ecclesiae Græcæ, quæ personarum semper unam πηγὴν et ἀρχὴν esse statuit, accommodatæ ἐκ τῆς φράσεως τοῦ Θεοῦ exoriri Verbum et Spiritum attributus, cum in natura divina universa νοῦς, λόγος et πνεῦμα sint, ut in humana νοῦς, λόγος νοητὸς et θέλησις νοητῆ, quæ tria in uno humane animæ principio innitantur. Jam vero ex iis, quæ dixit ad naturarum duarum origines explanandas, facile sequitur, eum noluisse Spiritus processionis Filium penitus expertem esse. Deus cum se intueatur, se cogitat. Hæc ipsa cogitatio — cum sit nihil inane ac vanum in Deo — est Dei Filius seu sapientia. Per hanc vero se ipsum Deus et intelligit et diligit; oritur igitur ex sua mente, se et cogitante et intelligente, dilectio, qui est Spiritus sanctus. Ergo in spirando Spiritu sancto et ipsa Dei natura interior et hujus sui ipsius conscientia, quasi exterior Dei natura, suas habet partes, i. e. et Deus et Filius. Hac sane ratione, quam sagacissime excogitatam esse cognoscimus, potuit Gennadius Græcum cum Latino dogmate ita consociare, ut utræque factiones in ea acquiescerent. Monstrum enim hoc quasi carmine dimovit, quod Græci veluti larvam semper extimuerant, dico sententiam, abominabilem ductam, in divino numine esse duo principia. Romanis vero satisfacit, quod ex uno principio divino posito produci censuit tria, quorum tertium ex primis duobus, quæ vicissim in se valeant, esse atque oriri voluit.

Adnotavit Posssevinus in *Apparatu sacro ad scriptores V. et N. Testam.*, memoratu dignum esse illud, quod Gennadius sacræ Trinitatis personas dixerit *idiomata seu proprietates*. Quod cum Lugdunensis Bibl. Patr. maximæ editores priori confessioni præfigerent, quasi ad hanc Posssevini iudicium spectaret, vehementer falsi sunt. In hac enim sæpius *personarum* in Trinitate mentio fit. Spectat potius ad alteram confessionem, in cuius tertio articulo in Deo præter alias virtutes ad humanas propius accedentes esse ἄλλα τρία ἰδιώματα dicuntur, ex quibus cæteræ illæ tanquam ex suo fonte prominent, inque quibus ipsa Dei vita consistat. Non vero Gennadius in hoc solo nomine acquievit, cuius vix excusationem nactus esset. Prudenter adiecit: Hæc tria idiomata nos vocamus τρεῖς ὑποστάσεις, et quæ insuper apud Crusium leguntur, ἦγονν τρεῖα πρόσωπα, quæ Posssevinus in suo textu non invenisse videtur. Utcunque res se habet, hoc certissimum est, Gennadium, ut nos Trinitatem, tria illa singula vocasse *proprietates*, non *Dei*, ut nos Trinitatem dicimus, sed *in Deo*, in quibus verbis omnis cardo vertitur. Insuerunt illa Deo, tanquam ἐνέργεια, art. 4, ut supra dictum est, ita ut pro ejus expositione dici liceat: in Deo est Νοῦς, Λόγος, Πνεῦμα, quod

nullus graviter ferat. Non vero inania virtutum hæc verba sunt, sed sua natura in Deo subsistunt tanquam naturæ seu personæ; sunt enim *hypostases personæ substantiales*. Hoc igitur additamento, præter quod illis apud Crusium lectis ἦγονν τρεῖα πρόσωπα non egemus, amovit quidquid offensionis esse possit. Evitavit fortasse de industria *personarum* appellationem, quamvis a Græcis potissimum frequentatam, non tam ne coram Muhammede, harum subtilitatum ignaro, de tribus diis loqui videretur, quam aut quia Muhammedes id in prima confessione falso intellexerat, aut quod ad sublimiorem Trinitatis explicationem hoc nomen, quasi robustius et crassius, minus aptum visum est.

Ita Gennadio defensione vel certe excusatione data, restat ut de confessionum editionibus pauca apponam. Prior lucem aspexit Viennæ 1530, per jurisconsultum Joannem Alexandr. Brassicanum, Græcæ et Latine, cujus etiam exordium Crusius in Adnot. ad *Turcogræc.*, p. 191, mentionem injecit. Doleo, ab eodem Crusio non repetitum esse libellum. Ipse vidit et legit, nam præter exordium alia etiam paulo post addit. Non enim librum potui nancisci (a), quanquam repetitum esse dicitur *Zwickaviae*, 1677. Latine tantum exstat in Bibl. Patr. Lugdun. XXVI, p. 536, interpretis nomine omisso. Hanc igitur interpretationem reddidi Alterius confess. prima editio illa est, cujus exemplar Emmanuel Malaxas Peloponesius misit ad Crusium Tubingensem, in cuius *Turro-Gr.* lib. n. p. 109 sqq. legitur Græcæ, Latine et Turcice. Turcica Græcis et Latinis litteris consignata sunt. Sub finem adjectum etiam est Muhammedis responsum, Græcæ et Latine redditum p. 110; quare nescio quomodo Heineccius l. l. 1, p. 232, dicere poterit, hoc responsum nondum esse explicatum (1). — Repetita est posterior hæc confessio in *Davidis Chytræi oratione de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia etc.*, quibus confessio fidei a Gennadio patriarcha Mahometi II exhibita, etc. et alia accesserunt Francof. 1583, p. 175. Non vero is cum lectoribus communicavit, unde acceperit exemplar; habuisse enim multa cum doctis Græcis vel aliis in terris commorantibus commercia, ex ἡνέλλο, cui non paucæ eorum epistolæ interjectæ sunt, clare elucet. Feccrat etiam, ut ipse dicit p. 8, imperatoris Maximiliani auctoritate et vocatione ex Academiæ Rostochiensis exitus multa ac magna itinera, ut de statu Ecclesiarum Orientalium potissimum sciscitaretur. Latina denique illius interpretatio est in Biblioth. quam memoravimus p. 538, ex Crusio *Turco-Græcia* facta, sed ab hujus interpretationibus paulum diversa. Meæ editionis textus ex Chytræo descriptus est, adnotatis accurate ex Crusio lectionibus et ex hoc atque ex Bibl. versione variantibus.

(1) In errorem induxit Heineccium ordinis inversio. Alii enim in articulis agmen ducunt Græca cum Latinis, quæ excipiuntur Turcica. At postremo Turcica quædam priora sunt, nempe hæc: Τέματ τρεῶν δατί, quæ redduntur Græcis: ἦγονν ἐπιλή-

ρωσιν, Latinis: *id est absolvit*. Turcica illa amice Gust. Stickelhus, Orient. in hac acad. professor, mihi explicuit: *His absolutus est tractatus, disputatio, expositio*: quæ cum illis Græcis pene conveniunt.

(a) Edidit 1844 D. W. Gass in *Gennadius und Pletzo* et ad hujus editionis fidem textum Latinum reformavimus.

λευθερώσαντι με τρίτον ἡδὴ Θεῷ, *Scriptus in tertio*. A sterium se recopissel. Exstat simul in eod. Regii 2955 et 2959.

mea ad urbem violenta profectio, et gloria Deo tertium inde me liberum abire sinenti. Non viderat Allatius, qui ex Bibliotheca Roberti Constantini titulum citat, p. 408, opus non contemnendum salique prolixum, foliorum circiter sexaginta in eodem Regio.

Ejusdem, Ἐκ τῶν περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητειῶν αἱ σαφέστεραι, sive *Collectio prophetiarum de Christo quæ magis perspicuæ sunt*. Incipit, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰουδα, in nostro cod. et in Reg. 2959. Non meminit Allatius.

Κατὰ Αὐτοματιστῶν καὶ Ἑλληνιστῶν, ἕως πολυθῶν, καὶ ὅτι Θεὸς εἰς ἔστι καὶ δημιουργὸς τοῦ παντὸς ἐν Τριάδι ὑποστάσεων. *Contra Automatistas et Hellenistas, sive multorum deorum opinionem tenentes, et quod unus Deus sit conditor universi in Trinitate hypostaseon*. Incipit, Οὐσθαί μὲν μὴ εἶναι Θεόν (1). *Scriptum fuit opus in monasterio Prodromi in monte Menoæco; habetur in cod. reg. 2955, 2958, 2959, et in nostro.*

Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ τῆς θεότητος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Interrogationes et responsiones de divinitate Domini nostri Jesu Christi: ex disputatione habita cum primariis duobus Turcis, qui missis litteris ex monasterio Ferras eum venire jasserant. Exstat in cod. Reg. 2955. Πρὸς τῷ τέλει τοῦ Μαῦου.*

Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρίας, ἡ νόμος ἀγγελικὸς ἐν ἐπιτομῇ, *De primo Dei cultu, sive lex ei angelica compendio explicata*. Opus dividitur in capita 40. *Scriptum est rogante quosdam familiari monacho, rapha anno 6966, J. C. 1458, in monasterio S. Joan. Baptiste in Menoæco monte post a dicatam dignitatem, Μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου ἀποκατάθεσιν, ut habet idem eod. Regius. Incipit, Ἀνοὶν οὐσῶν τοῖς εὐσεβοῦσι λατρειῶν. Exstat in codice Reg. 2955 et 2959.*

Περὶ τῆς θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ, *De divina Providentia et predestinatione*. Initium est, Τὴν ἐξ αἰθέλου περὶ τῶν ὄντων καὶ γινομένων γινώσκων.

Περὶ προορισμοῦ δευτέρου, *De predestinatione secundum*. Initium, Κλινοπέτης ἰδεξάμην. Is libellus editus est primo Augustæ Vindelicorum a Davide Hoeschelio, an. 1665. Iterum cum versione Latina a Carolo Libertino societatis Jesu theologo, Uratistavia. *Scriptus fuit ad Joannem archiepiscopum Thesalonicensium in eodem monasterio.*

Περὶ τοῦ θελοῦ προορισμοῦ τρίτου, *De divina predestinatione tertium*, ad eundem. Incipit, Πολὴν οἰδὰ σοι χάριν.

Περὶ τοῦ θελοῦ προορισμοῦ τέταρτου, *De divina predestinatione quartum*. Ad magnum orononum deminum Theodorum Agallianum. Σὺ μὲν καλῶς ποιῶν, φίλαται. Quatuor illi de predestinatione libri scripti videntur postquam privatus factus in mona-

sterium se recopissel. Exstat simul in eod. Regii 2955 et 2959.

Ὅπως ἡ θεία πρόνοια καὶ ὁ θελὸς προορισμὸς οὐκ ἀνατρέτῃ τὸ χρήσιμον τῶν εὐχῶν, *Quod divina providentia et divina predestinatio non aufert precum utilitatem*, in cod. Reg. 2958. Incipit, Ὁ παρὶ τῆς θείας προνοίας λόγος, eod. Reg. 2958.

Περὶ τῆς ἐν τῷ Δεσπότη ἡμῶν Χριστῷ ἀθροωπέτητος, *De humanitate J. C. D. N.* Incipit, Ζητοῦσί τινας. Ibid.

Περὶ ἀναστάσεως, *De resurrectione*. Init., Τὰ μὲν τῆς ἀναστάσεως ἔνομα. Ibid.

Περὶ τοῦ δεσποτικοῦ καὶ θελοῦ αἵματος, *De Dominico et divino sanguine, ad Dionysium Hieronimodum*. Init., Ἐζητημένον ἡδὴ τῷ μεγάλῳ Π. τρι Γρηγορίῳ. Ibid.

Περὶ τῶν ἀγγέλων πρὸς τὴν τοῦ Ἀργυροποῦλου γνώμην ἀντιφερόμενον, *De angelis contra Argyporoli sententiam*. Incipit, Ὁ Θεὸς φῶς ἐν ἀκρότατον. Ibid.

Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν τὸ, Ἐκέρωσεν ἑαυτὸν μορφήν δοῦλου λαβών, *In illud Apostoli, Emisernit ut semetipsum, formam servi accipiens*. Ibid.

Λύσις διεφθῶν εὐαγγελικῶν ἀποριῶν, *Solutio diversarum ex Evangelio difficultatum*. Ibid.

Περὶ τῶν ἐπιφερόμενων ἐν τῇ θεῇ εὐχῇ φημάτων, *Kýria Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱέ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς, De verbis in divina prece contentis, Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere nobis*. Ibid.

Περὶ τῶν καρπῶν τοῦ πνεύματος, *De fructibus spiritus*. Ibid.

Ἐκφρασις τοῦ Μάρτυρος σταφανίου, *Expositio hymni ecclesiastici, qui ita incipit*. Ibid.

Ἐκ τῶν ἑμμέτρων εὐχῶν τοῦ αὐτοῦ, Ὁ Πάτερ ἄμβροτε, *Hexametri versus ad Deum*. Ibid.

Περὶ τοῦ πῶς διακρίνονται αἱ θεαταὶ ἐνέργειαι πρὸς γε ἀλλήλας καὶ τὴν θεῖαν οὐσίαν ἢ; εἰς ἑνέργειαι, *Quomodo divina operationes distinguantur tam inter se quam inter divinam essentiam*. Ibid.

Περὶ τῶν φαῦλα πραττόντων, πότερον ἔκοντες πράττουσιν ἢ ἐκόντες, *De iis qui mala committunt, nam volentes aut nolentes agunt*. Incipit, Ζητητέον ἀνεστῆ, in eod.

Synesis Oratio metrica, soluta oratione expressa, eod. 2955.

Ὑμνος μετὰ δεήσεως. Incipit, Τολμῶντά με, μέγιστε βασιλεῦ. Ibid.

Περὶ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ τρόπου τῆς ὑπέρφωστος τῶν νεκρῶν καὶ ἀθανάτων ψυχῶν, *De tempore et modo existentiam animarum intelligentium et immortalium, amico cuidam. Inc.*, Ἐπειδὴ πυνθάνη, τιμώταται καὶ φιλταται ἡμῖν ἐν Χριστῷ. Exstat in eod. 2955, 2958, et in nostro. Allatius per densam umbram designavit, quem vide p. 405.

Περὶ τῆς τῶν ψυχῶν μετὰ τὴν ἐκ τῶν σωματίων ἀνάλυσιν διαθέσεως ἐκιδεχαιωτικῶν συγγράμματος, ὃ προσέκομισεν αὐτῷ; ὁ Ἐαβδάτιος τοῦ μακαρίου

(1) Edit. D. W. Gass in *Gennadius und Pletho*; exstat etiam in Append. ad Πάθρονος νόμων συγγραφῆν, Paris, 1858, 8, ed. Alexandre. Graece et Latine olim proferat apud Aldum Manuctium Venet. 1501, 4°, cum S. Joann. Lemnicensi et aliorum hymnis, quod novissimos editores luxit.

Θεσσαλονίκης κυρίου Συμεών, *De animarum, postquam corporibus solutæ sunt, statu et conditione, ad confirmationem scripti Symeonis Thessalonicensis, quod ad se attulerat Sabbatius ad eundem qui ex Sina monte ad Gennadium venerat. In nostro cod. p. 4. Non vidit Allatius.*

Ad Joannem opinor Thessalonicensem de eodem Epistola prolixa. Exstat in nostro codice p. 12. Inc., Ἠδιστα μὲν σοι ἀποκρινόμεθα. Nec vidit Allatius.

Πρὸς τὸν πανιερώτατον Μηδέλας κύριον Θεοφάνην, περὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς δευτέρου, *De anima humana et rationali ad sanctissimum Mediæ metropolitam, secundo.* Hujus Theophranis exstant in cod. 2958, ubi hic tractatus habetur, Epistolæ tres, una ad Ignatium monachum cum adhuc esset œconomus, altera ad magnum ecclesiarum, tertia ad arch. Ephesium.

Περὶ τοῦ βιβλίου τοῦ Γεμιστοῦ, καὶ κατὰ τῆς Ἑλληνικῆς πολυθείας, *De libro Gemisti, et contra Græcam superstitionem, ad Joannem exarchum (1).* Exstat cod. 2955 et 2959. Ἐπινοούμεν σου τήν-

In singularem classem referendæ sunt Orationes quedam funebres. Exstat in Reg. cod. 2955, et in nostro, hoc titulo: Τοῦ σοφωτάτου καὶ ἀγιωτάτου κυρίου Γενναδίου τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἐπὶ τῇ κοιμήσει τῆς ἀοιδίμου δεσποίνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς παραμυθητικός, *Sapientissimi et sanctissimi domini Gennadii ad imperatorem Constantinum in morte venerandæ Despænæ matris ejus consolatoria oratio.* Incipit, Ἡ μακαρία καὶ ἀοιδίμος μήτηρ τοῦ κράτους σου.

Ἐπιτάφιος Θεοδώρου δεσπότη, *Oratio in funere Theodori despote fratris imperatoris, inc.* Τῷ μὲν τοῦ κρατίστου βασιλέως ἡμῶν ἀδελφῷ τρίτος μὲν ἐξήκει κειμένῳ, in cod. Reg. 2955.

Τοῦ σοφωτάτου διδασκάλου κυρίου Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, μετέπειτα δὲ καὶ ἀοιδίμου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυρίου Γενναδίου μοναχία ἀπικτήσιο; ἐπὶ τῷ μακρνωτάτῳ Πατρὶ καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Μάρκῳ Ἐφέσου, κατὰ κόσμον Εὐγενικῷ, *Sapientissimi doctoris D. Georgii Scholarii, deinde venerandi patriarchæ Constantinopolitani D. Gennadii monodia funebris de beatissimo Patre et doctore Marco Ephesino, qui in mundo Eugenicus dictus est.* Incipit, Θεῷ νῦν, ὡ παρόντας, ἡμῖν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες σφρονται. Exstat in cod. Reg. 2958 et aliis.

Ἐπιτάφιος τῷ μακαρίῳ Θεοδώρῳ τῷ Σοφικῷ ἐν τῇ ἰερᾷ μονῇ τοῦ Βατοπεδίου ταφέντι, ὃν εἶπεν ἐξ ὑπογυίου ὁ θεὸς αὐτοῦ Γεννάδιος μοναχὸς ἐν τῷ ταφῷ Σεπτεμβρίῳ, ἡ 28 ἔτος. *Oratio funebris beati Theodori Sophiani in sacro monasterio Batopedii sepulti, quam ex tempore pronuntiavit avunculus ejus Gennadius monachus ad sepulcrum 28 Septembris an. 6965, J. C. 1457.* Exstat in nostro cod. Inc., Ἄλλὰ ζῶντος μὲν ἐτι τὴν ἐνταῦθα ζωὴν.

Sequuntur ea quæ historica vocare possumus,

(1) Exstat in Append. ad Plethonem *De legibus.*

A quamvis pleraque ad inimicitias acerrime cum Latinis susceptas pertineant.

Ὅτι ἀνεχωρήθη τοῦ παλατίου καὶ τῆς μονῆς τοῦ Παντοκράτορος, ἐν ἧ πρώτῳ φησι κοσμικὸς, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ τοῦ Χαρδιανῆτος κοινόδιον, καὶ ἤτοιμάζετο πρὸς τὸ μοναχικὸν σχῆμα, *Cum recessisset ex palatio et monasterio Omnipotentis, in quo prius habitabat cum secularis esset, abiitque in cœnobium Chardianeti, preparareturque ad habitum monasticum.* Inc., Πολλὰκις προσεπικῶς σε, γαληνότετα βραυλεῦ. Exstat in cod. Reg. 2955. Missa est autem ad Constantinum imperatorem statim fere post mortem Joannis Palæologi.

Γενναδίου ἐλαχίστου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι' ἔγκαιτάλειψιν Θεοῦ πατάταν καὶ ἄλογον καὶ ἀνόητον καινοτομίαν τῆς πίστεως, *Gennadii minimi Scholarii de ea quæ derelicto Deo facta est vana, irrational et inædncinna fidei innovatione.* Inc., Τίς δῶστε μοι πτέρυγας. Ibid. Inventam esse Callipoli exemplar, unde Regium descriptum est, testatur marginalis ejusdem nota.

Ejusdem Epistola scripta sex mensibus ante captam urbem, Τοῖς κύγενεστάτοις πολιταῖς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς, *Ad nobilissimos cives omnes Constantinopolitanos ecclesiasticos et laicos.* Ibid.

Ejusdem Θρήνος, sive Lamentatio, scripta in Μενόεο monte 20 Junii ind. 8, hoc est, nisi error codicem occupavit, anno 1445, atque adεὸ septennio circiter ante captam urbem. Inc., Τοῦ τῆς δούνης. Ibid. et cod. 2959.

Quæ sequuntur huc usque non reperta a nobis recenset ipse Gennadius in Epistola ad amicum.

Συμβουλευτικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνω ἐν τῷ Παντοκράτορι ἐνώπιον τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ὅλης τῆς πόλεως, περὶ ἐλευσέως τοῦ θεοῦ καὶ τῆς οἰκοῦν παρασκευῆς, τῇ 15 Ὀκτωβρίου, *Consilium quod legi in Pantocratoris monasterio coram imperatore et tota urbe, de placando Deo et domestico belli apparatu 15 Octobris.*

Νισὰρὰ ἡ χρυσοβούλλος, ἣν ἐσχεδίασα ἵνα γένηται παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀναιρετικὴ τῶν θεοστυγῶν παραβάσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων, δι' ἃς ἐκ Θεοῦ τοσοῦτοις ἔτεσι πειζόμεθα, *Novella sive bulla aurea, quam composui ut ab imperatore promulgaretur ad tollendas Deo odibiles transgressiones ecclesiasticarum et divinarum legum, propter quas a Deo tot annis affligimur.*

Alia quæ promulgare debebat ecclesiastica Novella ad renovationem legum ecclesiasticarum et divinarum singularum transgressionum species, et earum emendationes continent. Ἡ ἐκκλησιαστικὴ νισὰρὰ ἦτις ὤφειλε γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς ἀνανέωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων δεινῶς καὶ πολυειδῶς πατουμένων, ἦτις καὶ ἐσχεδιάσθη, τὰς παραβάσεις καὶ τὰς διορθώσεις κατὰ μέρος περιέχουσα.

Oratio ad imperatorem scripta 12 Maii.

Varia scripta ad Magnum Ducem. Duodecim capitula ad imperatorem, missa per Ignatium. Alia ad Agioretas sive monachos montis Atho, missa antequam cardinalis Russiæ Constantinopolin adveniret, per Athanasium et Simonem monachos. Hæc diversa scripta ipse Gennadius commemorat.

Epistola ad omnes fideles, τοῖς ἀπανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Exstat in cod. Reg. 2955.

Alia missa ad magnum ecclesiarcliam Sylvestrum Syropulum, magnum chartophylacem Agallianum, et alios quosdam ecclesiasticos, cum celebrata est Liturgia præsente cardinali, postquam omnia circa religionem dissidia per eundem cardinalem Isidorum composita sunt. Initium est, Ἅγιοι Πατέρες, ἐγὼ ἤθελον ἐλθεῖν. Exstat in eodem cod.

Gennadio eidem, qui et Georgius Scholarius in hisdem titulis appellatur, varii adversus Latinos tractatus tribui solent. Hos quidem Allatius alteri suo Gennadio schismatico attribuit, quem cum non alium ab hoc nostro fuisse ostensum fuerit, idcirco ms. codicum fidem secuti, præsertim Regii unius, qui Sylvestri Syropuli magni ecclesiarclia, cui Gennadius probe notus erat, manu eleganter scriptus est anno 6958, ind. ii, hoc est anno 1448, vivente adhuc Gennadio imò ante captam urbem cum nondum esset patriarcha, nostro vindicamus.

Περὶ τοῦ καθαρτηρίου κυρὸς λόγοι δύο, *De purgatorio libri duo*. Exstant cod. Reg. 2958. Prior initio mutilus est. Opus elegans nec contemnendum, quidquid dicat Allatius.

Κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων εἰρημένους λόγους; παρὶ τοῦ αὐτοῦ Πουργατορίου, *Summaria responsio ad objectiones Latinorum circa idem purgatorium*. Ibid. Initium, Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπατεῖτε.

Ejusdem *ad Joannem Thessalonicensem de purgatorio Epistola*; in nostro cod. incipit, Αὐτοσχιδάζω σοι.

Ejusdem *Σύντομον κατὰ τῆς δόξης τῶν Λατίνων, Breve scriptum contra Latinorum opinionem*, in eod. cod. Reg.

De processione Spiritus sancti contra Latinos tomi duo. Primus scriptus est ante captam urbem post disputationes cum legato papæ episcopo Cortonensi, et aliis Latinis habitas coram Joanne imperatore. Exstat is liber in bibliotheca Regia, n^o 2956, pertinuitque ad Antonium quemdam Pyropolum medicum, mortuo jam Gennadio, ut testatur iambi Joannis ejusdam Dotheiani ad finem libri. Hujus operis initio hæc auctor manu propria inscripserat: Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου. Συνετέθη μετὰ διαλέξει; πέντε καὶ δέκα γινόμενας ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τοῦ παπικοῦ πρέσβειος καὶ ἑπισκόπου Κορτωνῆς, καὶ διδασκάλου τῆς παρὰ Λατίνους θεολογίας,

Α παρόντος καὶ τοῦ κυρίου Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ καρδινάλου, καὶ πολλῶν Λατίνων καὶ ὀρθόδοξων, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Ἰωάννου καὶ τοῦ μακαρίτου δεσπότης Θεοδώρου. Παρακληθεὶς γὰρ τὰ συμπεράσματα τῶν διαλέξεων ἐκείνων ἐν τῇ δευτέρῃ τῷ βιβλίῳ, ὃ μεταγραφὴν εἰς πολλὰ καὶ διαδοθὲν πανταχοῦ καὶ παρὰ Λατίνοις νῦν εὐρυσκόμηνον. Ἦν δὲ τότε ὁ συγγραφέμενος καθολικὸς σεκρετάριος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου, καὶ καθολικὸς κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, καὶ διδάσκων ἐν τῷ τρικλινίῳ τοῦ βασιλέως κατὰ Παρασκευὴν ἐκάστην, παρούσης τῆς συγκλήτου καὶ πλείστης τῆς πόλεως τὴν λόγον τοῦ Θεοῦ εἰς δόξαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα διδόντος. *Georgii Scholarii. Compositum est hoc opus post collationes quindecim factas in palatio*

cum legato papati episcopo Cortonæ, et quodam theologia apud Latinos doctore, præsente quoque domino Gregorio patriarcha, cardinali, et multis aliis Latinis et orthodoxis coram imperatore Joanne et Theodoro despotæ felicitis memoratæ. Hortantibus autem plurimis harum disputationum conclusiones in hoc libro collegi, qui postea transcriptus, et quæcumque missus, eum apud Latinos reperitur. Auctor vero erat universalis secretarius imperatoris Joannis, generalisque Græcorum judex, docens in triclinio imperatoris singulis sextis feriis, præsente senatu et magna civium frequentia, verbum Dei ad ejusdem gloriam Dei qui omnia donavit. Hæc sola inscriptio totam de duobus Gennadiis Allatianam disputationem refellit.

Secundus tomus adversus Latinos de Spiritu sancto (1), non eodem tempore scriptus, sed paulo serius, missusque ad Joannem Comnenum imperatorem Trapezuntinum, cui auctor illum inscripsit, adjecta epistola, qua rogat ut fibrum non prius aliis committet, quam aut se obitisse, aut aliis communicasse compererit. Exstat in cod. Reg. 2957. Scriptus manu Sylvestri Syropuli diaconi et magni ecclesiarclia, vivo Gennadio, nempe anno 6956, ut supra diximus, et cod. 2963.

Ejusdem *Dialogus prolixior adversus Latinos de processione Spiritus sancti*, in quo præsertim agit de recentiorum Inter Latinos doctorum, præsertim Thomæ et Scoti, de processione Spiritus sancti doctrina. Dialogi personæ, Oribianus, Eulogius, Benedictus. Init., Ἄλλὰ καὶρός ἐστιν ἐπισκέψασθαι, ὦ εὐλόγητε, εἰ βούλει, τὰ Λατίνων διδασκαλοὺς τοῖς νεωτέροις περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἠπορημένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Θωμᾷ καὶ τῷ Σκότῳ. Exstat cod. Reg. eod. 2963.

Legatus hinc de Spiritu sancto Dialogus, in eodem. Ejusdem Gennadii *Epistola*, Τῷ τιμιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ κατὰ κόσμον Σοφιανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐνασκουμένοις τῇ ἀγίᾳ μονῇ τοῦ Σινᾶ δσιωτάτοις ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς, *Venerabilissimo inter monachos domino Maximo, qui cum se-*

(1) Exstat in bibliotheca Viennensi n. 277, teste Lambecio l. v, pag. 226, qui alteri Scholario tribuit, secutus Allatium.

cularis esset, Sophianus vocabatur, et omnibus vitam monasticam exercentibus in sancto monasterio Sina sanctissimis sacerdotibus, et aliis monachis. Incipit, Αἱ γραφαὶ τῆς σῆς ἐκκλησίας. Agitur in ea de variis disciplinæ capitibus, occasione eorum quæ non recte illic se habere circa eos qui ad visitanda loca sacra montis Sinai consuebant, a Joachimo et Gregorio monachis didicerat. De episcopo dignitatem abdicante, quod absque patriarchæ licentia negat posse fieri: an absque diaconō celebrare episcopus possit, quod licere ait in sacello, seu παρεκκλησίῳ, et factum ab Euthymio et Matthæo patriarchis, non publice in ecclesia: de episcopo Bosnia, qui multos ex Latine religionis hominibus ad fidem Ecclesiæ Græcæ adducebat: de Charæza principe, quem ad eandem adducere idem episcopus conabatur: ne in Liturgia commemoratio ejus publice fiat, quia adhuc σκεπάσεται τὸν χριστιανισμόν, christianismum dissimulat. Verum asserit licere in gratiarum actione ad mensam, præseente ipso orare pro eodem. Ἐν δὲ τῇ εὐχαριστίᾳ τῆς τραπέζης ἡμῶν παρόντος εἰ θέλετε εὐχασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς διαφυλάξει τὴν ζωὴν τοῦ αὐθέντου. Καρτεχά. Quis ille fuerit, aut quinam nomine Kouδουγέρων, qui ut videtur illius subditi erant, intelligendi sint, nescimus. Tum de Latinis et Armeniis ad loca sacra adorandi causa venientibus definit, non repellendos, etiamsi heterodoxi et schismate ab Ecclesia Græcæ divisi sint: nec tamen dandam loca eucharistiam, sed ἀντίδωρον, seu panem benedictum, nisi proprias opiniones suas abjuraverint. De simonia; eam deplorat tanquam malum, quod temporum calamitate tolerari potius debeat, quam idcirco obedientiam episcopis negari, ne scandalum generetur, ex quo episcopalis ordinis, mox ipsius religionis contemptus nascatur: ferendum esse quod emendari non possit: se saltem neminem pecuniis ordinasse, imo propriis sumptibus episcopos fecisse multos, quos ex captivitate redemerit: mali initia, ante quinquaginta annos fuisse: sufficere ut episcopos observent, sintque orthodoxi, et nihil alienum ab Ecclesiæ Græcæ fide docentes: minutis circa ritus et officia ecclesiastica non attendendum.

Epistola hæc eadem est quam refert existare Lambecius in bibliotheca Vindobonensi ad quemdam monachum: nam verbis iisdem incipit. Sed quod aliam recenset ad Joachimum monachum Sinaitam de controversiis quibusdam partim ad patriarcham Hierosolymitanam, partim ad Armenios et Latinos loca sacra invisentes spectantibus, veremur ne vitiosum exemplar viro diligentissimo fraudi fuerit. Nam de eo Joachimo loquitur Gennadius epistola ad Maximum Sophianum, a quo, ut a Gregorio didicerat ea quæ Sinaitarum pacem turbabant. Cum igitur eos statim remisisset mandatis instructos, ut plenius de eo argumento apud Siqaitas loquerentur, ad Joachimum de eodem scribentis causa nulla erat. Sed non raro porum

A felix in conjectando Lambecius fuit, quod sequenti exemplo manifestum erit.

aliis adhaerent, minime sane verebuntur ii qui species constituunt affirmare, quin horum omnium non sint species, non tamen similiter omnium, sed eorum quidem quæ hic in species finitas dividuntur, singulas esse in singulis generibus species, eorum vero, quæ ad infinitatem quamdam jam recidunt, unam duntaxat in omnibus infinitis. Quam primum enim, exempli gratia, omni qui hic est, numero propter infinitatem, unam quæ illic est formam præficiunt quæ et sit unica, et singillatim comprehendat omnia, quæcunque numero qui hic est distinctim et per se contingunt. Eadem quoque est ratio eorum, quæ circa nostras magnitudines dimensionesque accidunt, ut illic forma magnitudinis sit unica eaque individua. Ab illis porro formis animum nostrum illuminatum numeros mathematicos et magnitudines mathematicas explicatus intelligere, quæ sunt multæ quædam et simulacra intelligibilem, itaque ab his ita repræsentari, et ab his quæ in aquis sunt simulacra atque umbræ rerum sensui perceptibilem, ipsa referuntur sensibilia. Ita quoque quæ ab hominibus manu possunt confici, ea dicunt in forma hominis illis singillatim comprehendere, unde opifices animo alia alios concipere, et singulorum instrumentorum species prius intellectu ipso in seipsis informare, deinde rebus ipsis, quæ sensu percipiuntur, manum accommodare. De his autem, quæ per accidens eveniunt, si etiam sit scientia quæpiam, quandoquidem ejusmodi plurium causarum concursu accidunt, quarum rursus unaquæque illuc, refertur, animum nostrum illinc etiam accepto lumine ejusmodi scientiam adipisci. Hæc itaque responderent ad ea quæ Aristoteles objicit de variis scientiarum rationibus. Ad illud autem quod inquit (secundum vero unum in multis et negationem) nihil necessarium concludi responderent. Illam namque hominis speciem, quæ illic existit, quibuscunque ea seipsam impertiverit, illis nimirum causam fore ut sint homines, quibuscunque autem seipsam non impertiverit, ea omnia in diverso genere relinqui, ut nimirum non sint homines. Denique ad illud, quod ait, ac secundum quod intelligitur quippiam, eo corrupto etiam corruptibilem; respondebunt unam illam speciem, quæ omnibus corruptibilibus in una eademque idea præest, non minus sufficere ad unum quodvis prius non existens, nunc demum in lucem producendum, quam etiam corrupto quovis eorum, quæ quotidie dissolutioni sunt obnoxia, ad renovandam in animis aliquid de ipso cogitantem, ejusdem imaginem. Hæc itaque ii, qui species constituunt, ejusmodi argumentis, quibus Aristoteles ipsos oppugnat, respondebunt, persolventque, in quibus nihil non conveniens nihil non suæ ipsorum doctrinæ consentaneum proferent. Sed jam ad ea, quæ sunt digna memoratu, deinceps transeamus. Præterea accidit, ut non binarius sit primus, sed numerus. Atqui, inquit, quid prohibeat, quo minus numerus, qui illic est,

Α Εκλειψιν παποίηκε. Καὶ ὁ νόμος δὲ ὁ περὶ τῶν Ὀλύμπιων καθ' αὐτὸν τὰ Ὀλύμπια ἐνομοθέτησε. Καὶ μὲν δὴ καὶ τοῦ ἐς τὸ αὐτὸ συμπεπωκέναι τὰ τε Ὀλύμπια καὶ ἐκλειψιν τὴν τοῦ ἡλίου τὸ γε συμπεπρωτῆσθαι πρὸς ἀλλήλας τὰς ἐκατέρων περιόδους αἰτιον γέγονε, καὶ τούτου αὖ ἕτερον ἢ ἑτέρα, ὡς ἕκαστον καθ' αὐτὸ προσεχὲς ἀπεργάζοιτ' ἄν. Ὅστι παῦσαι, φαλεν, Ἀριστοτέλες, ἅπαντα ἦτοι οὐσίας, ἢ κατὰ συμβεθεκῆς αὐταῖς προσγιγνώμενα βιαζόμενος ἀποφαίνειν, καὶ τὰ κατὰ συμβεθεκῆς αὐ ταῦτα τῶν καθ' αὐτὰ πάντα ἀποβήρηγνός. Ἐτι φησιν, Εἰ μὲν τὸ αὐτὸ εἶδος τῶν τε ἰδεῶν καὶ τῶν μετεχόντων, ἔσται τι κοινόν. Εἰ δὲ μὴ τὸ αὐτὸ εἶδος, ὁμώνυμα ἄν εἴη, καὶ οὐκ ἔτ' ἄν οὐδεμία κοινονία εἴη αὐτῶν. Ἄλλ' οὐτε τοῦ ἑτέρου, φήσουςι, κοινού δεῖ εἶδους παραδείγματι τε καὶ εἰκότι, οὐτε εἰ ὁμώνυμά ἐστιν, ὡς περ οὖν καὶ ἐστιν, οὐκ ἔτ' ἄν οὐδεμία κοινονία εἴη αὐτῶν, ἢ σὺ, φήσουςιν, ὦ Ἀριστοτέλες, τὲ ὄντα ὁμώνυμα ἀξίων εἶναι καὶ οὐδεμίαν αὐτοῖς ἀλλήλων κοινωνίαν ἀξιώσεις εἶναι; Ἄλλ' ἄτε φήσας τὸ τοιοῦτον οὐδαμοῦ, οὐκ ἄν ποτε φαίη, ἀλλὰ νῦν γε ὑπὸ βασκανίας τῆς πρὸς ἡμῖς προσποίη ἀγνοεῖν, ὡς τῶν ὁμωνύμων τὰ μὲν οὐ κοινωνεῖ ἀλλήλοις, τὰ δὲ πη καὶ κοινωνεῖ, καὶ ὁ ἀνδριάς ὁ Λυσάνδρου τῷ Λυσάνδρῳ οὐκ ἀκοινωνήτος, οὐδὲ γε εἰκὼν ἐκάστη τῷ εαυτῆς παραδείγματι. Ἐτι τί ποτε, φησὶ, συμβάλλεται τὰ εἶδη, ἢ τοῖς αἰδίοις τῶν αἰσθητῶν, ἢ τοῖς γιγνομένοις τε καὶ φθειρομένοις; οὐτε γὰρ κινήσεως ἐστιν, οὐτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς αἰτία αὐτοῖς. Ἐνταῦθα δὴλον παποίηκεν Ἀριστοτέλης, ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδεμία πολεμῆ. Ὑπὸ γὰρ τοῦ μῆτε οἰεσθαι μῆτε βούλεσθαι εἶναι τι τοῖς αἰδίοις αἰτιον τοῦ εἶναι τὸ καὶ ὑφεστάναι, πλὴν γε δὴ τοῦ κινεῖσθαι μόνου τοῖς εἶδου πολεμῆ. Ἡ τί ποτε αὐτῷ βούλεται τὸ, τί ποτε συμβάλλεται τὰ εἶδη ἢ τοῖς αἰδίοις τῶν αἰσθητῶν, ἢ τοῖς γιγνομένοις τε καὶ φθειρομένοις; οὐτε γὰρ κινήσεως ἐστιν, οὐτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς αἰτία αὐτοῖς; ἢ δὴλον ὡς ἐπεὶ τοῖς μὲν γιγνομένοις τε καὶ φθειρομένοις τῶν τε ὁμοειδῶν τὰ γινώμενα, καὶ τὸν ἡλιον ἱκανὸν οἰεται αὐτῆς αἰτία ἀποδώσειν, τὰ δ' αἰτία τῶν αἰσθητῶν κινεῖσθαι μὲν αὐτὸς οὐ φησὶ διὰ τὰ εἶδη, ἐς δὲ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ εἶναι οὐκ οἰεται αἰτιον οὐδοτουοῦν δεῖσθαι, διὰ τούτο, τί ποτε, φησὶ, συμβάλλεται αὐτοῖς τὰ εἶδη; Ἄλλὰ φαίη ἄν τις, ὡς τῷ πρεσβυτάτῳ θεῷ μόνῳ οἰεται ταύτην ἄν προσήκειν τὴν αἰτίαν. Ἄλλὰ τούτο ἄλλῳ μὲν τῷ ἀνείη ἄν εἰπεῖν, Ἀριστοτέλει δ' οὐκ ἐστιν εἰπεῖν. Διὰ τί; Ὅτι αὐτὸς ἄν ὅφ' αὐτοῦ περιτραπήη εἰ τούτο εἴποι. Πυνθάνομαι γὰρ δὴ τοσοῦτον τῶν αὐτῷ προσκειμένων, τί δὴ ποτε οὐ τῷ αὐτῷ θεῷ τὰς κινήσεις ἀπάσας τὰς κατ' οὐρανὸν ἀπένευμεν, ἀλλ' ἄλλο ἄλλῃ κινῶν κινήσει ἐφίστησιν; ἢ δὴλον δὴ, ὅτι δι' ἐκείνο τὸ ἀξίωμα, καὶ πλείω πλείοσιν οὐσαις ταῖς αἰδίοις οὐσίαις ἐφίστη τὰ παράγοντα, εἰ γε εἶναι τι αὐτῶν ὅλως αἰτιον ἦτο; εἰ δὲ, ὅτι εἰκόνας ἑαυτῶν παράγοντα; οὐ γὰρ ἄν πάμπαν γε ἀπεικότα καὶ αὐτὰ παραδείγματα ἦν αὐτοῖς. Καὶ οὕτω; ἄν τῷ τῶν εἰδῶν λόγῳ καὶ αὐτὸς ἐνταῦθα γοῦν συνεχώρει. Νῦν δὲ δὴλός ἐστιν οὐκ οἰόμενος εἶναι τι αἰτιον αὐτῶν

παραγωγῶν, ἀλλ' οὕτω τε καὶ τοιαύτας ἀπὸ τοῦ αὐ-
 τομάτου εὐρημένας κινεῖσθαι μόνον πρὸς τι τέλος
 καὶ τὸν θεόν. Ἀλλὰ μὴν, φησὶν, οὔτε πρὸς τὴν ἐπι-
 στήμην οὐδὲν βοηθεῖ τὴν τῶν ἄλλων, οὐ γὰρ οὐσία
 ἐκαίνα τούτων. Ἐν τούτοις γὰρ ἂν ἦν, οὐτ' εἰς τὸ
 εἶναι μὴ ἐνυπάρχοντά γε τοῖς μετέχουσι. Τίς ποτ' οὖν
 περὶ εἰκόνας ἀμεινον διαγνώσεται; Ἄρ' οὐχ ὁ καὶ τὸ
 παράδειγμα εἰδῶς; οὐ γὰρ που ὁ τοῦτο ἀγνοῶν τῷ
 γε εἰδῶσι ἐξ ἴσου περὶ τῆς εἰκόνας διαγνοίη ἂν. Πῶς
 δ' οὐδεὶς τὸ εἶναι τοῖς ἄλλοις βοηθῆ ἂν καὶ μὴ ἐν-
 υπάρχει, εἰ γε αἰτία εἴη αὐτῶν; Ἐτι φησὶν, Οὐ μόνον
 τῶν αἰσθητῶν παραδείγματα τὰ εἰδη, ἀλλὰ καὶ αὐ-
 τῶν, οἷον τὸ γένος τῶν ὡς γένους εἰδῶν. Ὅστε τὸ
 αὐτὸ ἔσται παράδειγμα καὶ εἰκῶν. Ἄλλ' εἰ μὲν τῷ
 αὐτῷ τοῦ αὐτοῦ παραδείγματι τε καὶ εἰκόνη εἶναι
 συνέβαιεν, ἐς ἄτοπον ἂν τι τῷ ὄντι ἀπήγετο ὁ
 λόγος, ὥσπερ ἂν εἰ τῷ αὐτῷ τοῦ αὐτοῦ μείζονι
 τε ἄμα εἶναι καὶ μείονι συνέβαιεν. Νῦν δὲ τί κω-
 λυεῖ τὸ αὐτὸ ἐτέρου μὲν εἰκόνα, ἐτέρου δὲ παρά-
 δεῖγμα εἶναι; Ἡ οὐκ ἀνδριάντος εἰκόνας ὄντος εἰ-
 κόνα ζωγράφος γράψει, καὶ ταύτης ἔτι ἐν ὄδατι
 εἰδῶλον ἂν τι γένοιτο; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ἀριστοτέ-
 λους τοιοῦτο τὸ τερέτισμα. Ἐφ' ἕτερον δ' αὐτοῦ με-
 λωμεν. Ἐτι φησὶ, Τῶν τε εἰδῶν ὄντων ὁμοῦ οὐ γίνε-
 ται τὰ γινόμενα ἂν μὴ ἢ τὸ κινήσον, καὶ πολλὰ γίνε-
 ται ἕτερα, οἷον οἰκία καὶ δακτύλιος, ὧν οὐ φασὶν
 εἶναι εἰδη, ὥστε δῆλον ὅτι ἐνδέχεται κάκεῖνα ὧν
 φασὶν ἰδέα; εἶναι, καὶ εἶναι καὶ γίνεσθαι διὰ
 τοιαύτας αἰτίας οἷας καὶ τὰ βηθέντα νῦν, ἀλλ'
 οὐ διὰ τὰ εἰδη. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα φήσουσιν οἱ τὰ εἰδη
 τεθέμενοι ἄνευ παραδείγματων γίνεσθαι εἰ καὶ μὴ
 καθ' ἑαυτὰ ὑφεστηκότων. Γίγνεται γὰρ διὰ τὰ νοητὰ
 τὰ ἐν τῶν δημιουργῶν ταῖς ψυχαῖς ἐκάστων παρα-
 δεῖγματα. Δεῖ δὲ που, φήσουσι, καὶ τὰ δὴ που γινόμε-
 να, οὐ μόνον οὐ χεῖρον τῶν σκευαστῶν τούτῳ αἰ-
 τία χρώμενα γίνεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ ἴση, ἀλλ' ἄτε κρείτ-
 τω αὐτῶν ὄντων, κρείττονι καὶ τῇ αἰτίᾳ χρῆσθαι.
 Ἀλλὰ φαίη ἂν ἴσως Ἀριστοτέλης, ἐν τῷ ἡλίῳ νῦν
 καὶ τούτων παραδείγματα ὑφεστάναι, καὶ οὐκ ἔτι
 δεῖν ἐτέρου παραδείματος καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότος
 οὐδένα. Δῆλον γὰρ ὡς τὸν ἥλιον τῶν γιγνομένων τῆς
 γενέσεως Ἀριστοτέλης αἰτιον τίθεται. Πρὸς οὖν
 ταῦτα που οἱ τὰ εἰδη τεθέμενοι ἐροῦσιν, Ἀλλ' εἰ μὲν
 ἐρωῶμεν, ὧ Ἀριστοτέλες, ὡσαύτως τὰ τε σκευα-
 στὰ ταῦτα ὑπὸ τῶν σφετέρων δημιουργῶν δημιουρ-
 γούμενα καὶ τὰ φύσει γιγνομένα ὑπὸ τοῦ ἡλίου,
 συνεχωροῦμεν ἂν σου τῷ λόγῳ. Νυνὶ δὲ ὀρωμεν
 τὰ μὲν σκευαστὰ ταῦτα, ἕω; μὲν ἂν ὑπὸ τῶν δη-
 μιουργῶν δημιουργεῖται παρόντων καὶ ἀπτομένων
 τῶν ἔργων καὶ αὐτὰ προχωροῦντα ἐς τὴν τελειότητα
 τὴν ἑαυτῶν, καταλειφθέντα δ' ἡμιτελῆ ὑπὸ τῶν δη-
 μιουργούντων, οὐκ ἔτι προχωροῦντα ἐς οὐδὲν, ἄτε
 τῶν δημιουργούντων οὐ τὰς χεῖρας μόνον, ἀλλὰ καὶ
 τὰ παραδείγματα ταῦτα ἑαυτοῖς συναποφερόντων.
 Τῶν δὲ φύσει γιγνομένων τὰ πλεῖστα ὀρωμεν καὶ
 τοῦ ἡλίου ἀποκεχωρηκότος; αὐτὰ ἔτι ἐς τὴν τελειότη-
 τα τὴν ἑαυτῶν προχωροῦντα, ὁ μάλιστα ἐνδῆλον
 γίγνεται ἐν τοῖς ταχὺ τελειούμενοις φυτοῖς καὶ
 κερποῖς. Ἄ καὶ νύκτωρ οὐδὲν ἦττον ἢ μεθ' ἡμέραν

tum sit singularis tum ipso binario prior existat?
 Binarius autem sit primus nostri hujus numeri,
 qui dilatari potest? Ait Item, si species per acci-
 dens non participantur, essentialium duntaxat erunt
 species. Ita quidem respondebunt illi, si omnia aut
 essent essentialiæ, aut per accidens essentiali adhæ-
 rerent, tum vero locum aliquem fortasse haberet
 id quod profers. Nunc autem cum in rebus exis-
 tant aliqua, quæ etiam per se essentiali inhærent,
 quanti demum momenti erit tua illa ratio? Ta-
 metsi enim eorum, quæ per accidens eveniunt,
 unumquodque iis quibus proxime continetur, non
 adsit per se, non tamen ab iis, quæ per se exis-
 tunt, est prorsus diversum, siquidem ejusmodi
 omnia plurium causarum concursu eveniant, quarum
 unaquæque per se facit, quidquid facit, neque vero
 talia, quæ ex hujusmodi causis procedunt ab illo quod
 sit per se, omnino discrepant, nec item si qua per ac-
 cidens eventunt, cum iis quæ per se sunt, penitus nul-
 lam habent communitatem, sed illa his ipsis conti-
 nentur, atque invicem quadam affinitate junguntur.
 Quodsi enim dum ludi Olympici instarent, sol defec-
 erit, non propterea quod illi instarent, sol defectit, nec
 item quod sol defecerit, Olympiorum tempus instabat
 ut hac quidem ratione sol non per se eo ipso defecerit
 tempore, quo adessent Olympia. Sed tamen cause
 illæ propter quas sol deficit per se defectum effece-
 runt, et lex sive institutum vetus de celebrandis Olympi-
 piis per se tales ludos ordinavit. Quod autem uno eo-
 demque tempore et Olympici ludi et defectus solis con-
 tingerint, ejus rei causa exstitit æqualitas sive com-
 mensio ambitus rediusque amborum inter se, et
 hujus rursus æqualitatis alia fuit causa, sive aliæ, qua-
 rum unaquæque per se id quod ad se attinet effe-
 cerit. Hinc itaque apparet, o Aristoteles, te vio-
 lentam facere conclusionem dum affirmas, omnia
 aut essentialia facere, aut per accidens essentiali
 attributa, et illa rursus, quæ sunt per accidens
 ab iis quæ sunt per se, penitus abrumpis. Præterea
 inquis, Si eadem sit species et idearum et
 rerum, quibus illæ sunt participatæ, erit sane
 quæpiam inter ipsa communitas. Sin autem non
 eadem sit species, erunt certe æquivoca, nec
 jam aliquam inter se habebunt communitatem.
 Sed respondebunt Platonicæ neque exemplar
 sive imaginem indigere altera quapiam specie
 communi, neque si sint æquivoca, sicut revera
 sunt, nullam ideirco ipsorum esse communitatem,
 aut certe interrogabunt curnam, o Aristoteles,
 entia judicas esse æquivoca, et nulla tamen sentis
 inter se communicatione sociari? Nec inquires for-
 tasse, te hoc nullibi dixisse. Id quod possis propter
 odium quod erga nos concepisti dissimulare, quod
 nimirum æquivoca in quibusdam non communi-
 cent inter se, in quibusdam vero communicent.
 Nam neque Lysandri statua cum ipso Lysandro
 nullam prorsus habet communitatem neque imago
 cum suo ipsius exemplari. At inquis, præterea, Quid-
 nam opis adferunt species: aut rebus sempiternis,

sensui sunt subjectæ, aut aliis quibuscunque quæ et generantur et intereunt? neque enim efficiunt, ut illæ vel moveantur, vel mutantur. Hic se jam prodit Aristoteles, manifestumque facit quam ob causam bellum adversus ideas moverit. Ille namque nec sentit nec vult, inesse quampiam rebus sempiternis causam ejus quod sint atque existant, præter id quod moveatur, eamque nimirum ob causam cum Platonis præliatur. Alioquin quid sibi vellet, dum inquit, Quidnam opis adferunt species aut rebus sempiternis quæ sensui sunt subjectæ, aut aliis quibuscunque, quæ et generantur et intereunt? neque enim efficiunt, ut illæ vel moveantur vel mutantur? aut certe quod ille ad generationem et corruptionem rerum similem habentium speciem ut his quæ generant et ipso sole, sufficientes, satisque idoneas existimiet causas constitui; at res sempiternas sensibus subjectas moveri quidem non sentiat propter species, nec ad essentiam et productionem allicjus rei alia quam esse causa, idcirco inquit, Quidnam opis afferunt ipsis species? Sed dicat fortasse quispiam quod existimiet et Aristoteles Deo soli qui sit antiquissimus, hanc convenire causam. Ad hoc respondemus de alio quidem quopiam hoc ipsum cogitari posse, sed minime de Aristotele cui nihil tale in mentem venit. Et curnam istud? Ille namque sibi ipsi contrarius foret, si hoc diceret. Interrogabo enim ab illis, qui hoc affingunt ipsi, cur non ille hunc ipsi Deo summo antiquissimoque omnes omnium cælestium orbium motus assignaverit, sed alium singillatim alii motui? aut certe liquet, ipsum dignitatis ejusdam gratia, plures, sempiternis illis essentiis cum sint plures, præficcisse propagatores, atque fateri ipsos aliquam omnino illarum esse causam? Aut certe quod imagines putaverit propagatrices sui ipsarum, neque enim id omnino esset inconsequentaneum, cum habuerint illæ sua exemplaria. Atque hoc quidem modo etiam ille sententiæ Platonice de ideis subscribere videretur, et nostræ parti accipere. Nunc autem certo constat, ipsum non sentire aliquam esse illarum causam deductricem, sed et hoc modo illas et tales, quales sunt, a seipsis propagatas moveri tantum ad finem aliquem, et ipsum Deum. At enim, inquit, neque ad scientiam aliarum rerum quidquam prosunt? neque enim ipsæ sunt essentia illarum, essent enim in illis ipsis, neque eadem, ut sint quidquam jvant, siquidem in his non sunt quibus se ipsas participant. Quis igitur de imagine melius judicabit? nonne is qui etiam exemplar habet cognitum? neque enim is qui exemplar non cognovit eodem plane modo perspectam atque notam habebit imaginem, quo alter, qui ipsum cognovit, quomodo autem aliis ad hoc ut sint, non prosit quippiam, ut etiamsi in illis ipsis non sit, sed causa tamen sit illorum? Præterea inquit, Non solum rerum sensibilium exemplaria sunt species, sed etiam sui ipsarum, sicut genus carum specie-

φαίνεται τελειούμενα. Τὸν μὲν οὖν ἡλίου νοῦν οὐκ ἂν αὐτὰ εἶτι τελειοῦν. Οὐ γὰρ ἂν τοὺς μεθεκτοῦ; τοῦτους νοῦς ἀνευ τῶν σφίσι συνόντων σωμάτων ὀδοτιοῦν δρᾶν ἐς γε ἕτερα σώματα. Τὰ δὲ σώματα πάντα καὶ θέσεώς τινος δεῖσθαι καὶ σχήματος πρὸς τὰ πεισόμενα, ὅσα τότε ἂν τὸν ἡλίον πρὸς αὐτὰ μηκέτι ἔχειν. Ὅστε μηκέτι ὑπὸ τοῦ ἡλίου τότε ἂν τὰ τοιαῦτα τελειούμενα, οὐδ' ἂν αὐτὰ δι' αὐτὰ τελειοῖτο, οὐδεμίαν γὰρ δύναμιν ἐς ἐνέργειαν προχωρεῖν μὴ οὐχ ὑφ' ἐτέρας ἐνεργείας προδιβαζομένην. Οὐδ' αὐτὸ δυνάμει τέλειον καὶ ἔργῳ ποτὲ τέλειον γίγνεσθαι μὴ οὐχ ὑφ' ἐτέρου τοῦ ἔργῳ τελεωτέρου προδιβαζόμενον. Διὰ ταῦτα ἡμεῖς, φήσουσι, τὴν ἐνέργειαν ταύτην τὴν τότε δὴ τὰ τοιαῦτα τελειοῦσαν τοῖς εἶδεσι τοῦτοις ἀπονέμεμεν. Καὶ διχῆ τὰ σύμπαντα χωριστὰ εἶδη διαιρούμενες ἐς τε ἱκανὰ αὐτὰ δι' αὐτῶν τὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι, ἐς τε οὐχ ὠσαύτως ἱκανὰ, ἐκεῖνα μὲν τοῖς τῆδε εἰδίοις παραδείγματά τε καὶ αἰτία ἐφίσταμεν, ταῦτα δὲ τοῖς τῆδε φθαρτοῖς, δεόμενα μὲν καὶ τῆς ἡλίου συνεργείας τὴν ὕλην αὐτοῖς προσάξοντας, ἐκπειθὴ δὲ λάβοιτο τῆς ὕλης, δρῶντα καὶ αὐτὰ δι' αὐτῶν εἶτι ἐς αὐτήν. Καὶ οὐ κατοικοιοῦμεν, φήσουσιν, οὐδ' αἰτίας καινὰς, ὡς σὺ φῆς, ἐφευρίσκομεν, ἀλλὰ τὸν τῶν αἰτιῶν λόγον ἡμεῖς μὲν πλήρη τοῖς οὐσίαν ἀποδίδομεν, σὺ δ' ἐκδεῖ. Διελὼν γὰρ που καὶ σὺ ἐς τέτταρα τὰ τῶν αἰτιῶν εἶδη, τοῖς μὲν τρισὶ φαίνῃ δὴ καὶ αὐτῆς χρώμενος, τῷ τελικῷ, καὶ τῷ τῆς κινήσεως ἀρχικῷ, καὶ τῷ ὑλικῷ, τῷ δὲ γε λοιπῷ τῷ εἰδικῷ οὐ πάνυ τοι. Εἰ γὰρ τοι τῶν αἰσθητῶν ἐκάστω φύσεως εἶδος τοῦτ' εἶναι σοι τὸ τοιοῦτον αἰτίον δοκεῖ, τοῦτο μὲν που σαφέστατα οὐκ ἔστιν αἰτίον, ἀλλ' ἔργον ἂν ἐτέρου τοῦ εἶη αἰτίου καὶ ἀποτελεσμα, ὥστερ που καὶ ἡ ἐκάστω ὕλη τῆς τοῦ παντὸς οὐρανοῦ ὕλης ἀπόκριμά τε καὶ ἀποτέλεσμα. Ἡμεῖς μένοιο, ἐροῦσι, τῷ μὲν πάντων βασιλεῖ Θεῷ τὸ τελικόν τε καὶ κράτιστον τῶν αἰτιῶν ἀποδίδόντες εἶδος, οὐκ ἐπὶ ταῖς κινήσεις μόνον ἀλλὰ καὶ ταῖς οὐσίαις καὶ τοῖς οὐσι πᾶσι. Τὰ δ' εἶδη ταῦτα παραδείγματα τοῖς οὐσίαν ἐφίστάντες, τὸ δὲ τῆς κινήσεως ἀρχικὸν τῆ ψυχῆ τῆ τοῦδε τοῦ οὐρανοῦ ἡγουμένη ἀπονέμεντες, καὶ τὸ ὑλικὸν τῆ τοῦ παντὸς τοῦδε τοῦ οὐρανοῦ ὕλη, οὕτως πλήρη τοῖς οὐσίαις τὰ τῶν αἰτιῶν εἶδη ἀποδίδομεν. Ταῦτα μὲν που οἱ τὰ εἶδη τιθέμενοι φήσουσι τὰ μὲν ἐαυτῶν συνωδὰ ταῖς σφετέραις ὑποθέσεις ἀποφαίνοντες, Ἀριστοτέλη δὲ τὰ μὲν συκοφαντοῦντα, τὰ δ' οὐδὲν περαινόντα, τὰ δὲ καὶ περὶ τὰ μέγιστα ἀμαθαίνοντα ἐλίχχοντες. Πῶς γὰρ οὐ περὶ τὰ μέγιστα ἀμαθῆς Ἀριστοτέλης, συχῶν τε ἄλλων ὧν ἔφαμεν ἕνεκα καὶ μάλιστα τε τοῦ μέγιστου τῆς τῶν αἰδίων οὐσιῶν οὐ παραγωγῆς, οὐδ' ἐφ' ἐνὸς τῶν πάντων τοῦ γε εἶναι ἕνεκα ἀναφορᾶς, οὐχ ὥστερ Πλάτων τε καὶ οἱ περὶ Πλάτωνα τὸν πάντων βασιλέα Θεὸν τοῖς οὐσίαν ἐφίστάντες, τοῦτον παραγωγόν τε παραγωγῶν καὶ δημιουργὸν δημιουργῶν ἀξ οὐσίαν εἶναι οὐδὲν εἶπε οὐκ ἐπ' ἐκεῖνον ἀναφέροντες. Κάκαίνο δὲ ῥητέον ἐπὶ πᾶσιν, ὡς Πλάτων μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ τοῖς μὲν ἐπίμοις, τοῖς δ' ἀντιλέγων φαίνεται. Ἀριστοτέλης δὲ πᾶσιν ἐναντιούμενος καὶ πάντα; κολούων, καὶ

οὐδ' ἂν τῶν τισι τῶν πρότερον εἰρημένων κεκρη-
 μένος εἴη, ἐνδηλὸς ἐστὶ κἀν τούτοις οὐ πᾶν βουλό-
 μένος φανερὸς εἶναι ἑτέροις εἰρημένοις χρώμενος,
 πᾶν σοφιστικὸν τοῦτο ποιῶν καὶ φιλοσόφου τρόπου
 ἀλλοτριώτατον, οἷον καὶ ἐκεῖνο αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τελευτῇ
 τῶν λογικῶν ἀχουόντος τε ὡς τὸ πᾶν αὐτοῦ εἴη τῆς
 μεθόδου ταύτης καὶ ἐπάγοντος, ὡς ταύτης τῆς με-
 θόδου οὐ τὸ μὲν ἦν, τὸ δ' οὐκ ἦν, ἀλλὰ παντελῶς οὐκ
 ἦν. Καὶ ταῦτα Ἀρχύτου τε πρὸ αὐτοῦ λογικῶς
 συγγεγραφότος, ὧν τισι καὶ αὐτὸς κέχρηται, καὶ
 Πλάτωνος αὐτοῦ τοῦτο μὲν τῶν λογικῶν ἀρχὰς πα-
 ραδιδόντος, τοῦτο δὲ πανταχοῦ τοῖς λόγοις οὐκ ἄνευ
 τέχνης χρωμένου, καὶ λόγων μεθόδον καλοῦντος ὡς
 οὐσάν γε οὐχὶ μὴ οὐσαν οὐδὲ ὡς οὐδέπω εὐρημένην
 ἀλλὰ καὶ πᾶν δὴ ἐν χρήσει οὐσαν. Τί οὖν ἂν φαίη
 τις; οὐκ ἄξι' αὐτὰ Ἀριστοτέλους βιβλία μετιέναι; Καὶ
 πᾶν, τῶν γε ἐν αὐτοῖς χρησίμων ἕνεκα, εἰδόμενος μάλιστα
 ὡς συχνὰ αὐτοῖς καὶ φαῦλα ἐγκαταμέμικται.

rum, quæ rursus locum obtinent generis. Ita ea
 quæ nunc dicta sunt, non autem propter ipsas spe-
 cies. Sed ne ista quidem ii qui species constituunt,
 concedent sine suis exemplaribus fieri etiamsi per se
 non consistant. Fiunt enim per illa, quæ in animis
 singulorum opificum antea sunt concepta, exempla-
 ria. (Gr. col. 925 C) Oportet autem, dicent, etiam ea
 quæ natura sunt non solum non deterioris causæ usu
 ministerioque, quam artificiosa isthæc fieri, sed ne
 æqualis quidem, imo potius, quæ sunt præstantis-
 simæ melioris etiam causæ usu consil consentane-
 um. Sed, dicet forsitan Aristoteles, in mente
 solis etiam istarum, quæ nascuntur, exemplaria
 contineri, nec ullis præterea indigere exemplaribus,
 quæ per seipsa consistent. Constat enim ab Aristo-
 telele solem generationis eorum quæ sunt, causam
 constitui. Ii igitur, qui species constituunt adversus
 ista, hoc dicent, Ita quidem, si videremus, o Aristo-
 oteles, hæc artificiosa a suis artificibus eodem modo
 fieri, quo illa naturalia a sole gignuntur, tum sane
 tuis verbis fidem haberemus; nunc autem videmus
 artificiosa isthæc, quamdiu præsentibus habent arti-
 fices, ab iisdemque manu attinguntur, tantisper
 proficere, et ad perfectionem absolutamque
 suam tendere, quod si forte inchoata, dinidiaque
 saltem ex parte absoluta, relinquuntur ab artifi-
 cibus, non jam acceptius quiddam promoveri, tan-
 quam auferentibus. Eorum autem quæ a natura
 sunt pleraque videmus etiam recedente sole nihil
 nihilominus perfici et ad absolutionem suam pro-
 gredi, id quod maxime in iis et arborum et frugum
 generibus apparet quæ cito absolvuntur. Ea nam-
 que non minus noctu quam interdiu videmus in-
 crementum accipere atque perfici. Illam itaque solis
 mentem hujus perfectionis, quæ tali sit tempore,
 non posse causam constitui, neque enim etiam
 participantes illas mentes sine suis quæ sibi con-
 juncta habent, corporibus quidquam efficere posse
 in reliqua corpora. Cunctis enim corporibus et situ
 aliquo et figura opus esse, ad ea quæ sunt passura
 aliquid, horum autem nihil soli ad illa naturalia

A tali tempore adesse. Atque sic res ejusmodi quæ
 quidem, si uni eidemque diceretur contingere,
 ut unius ejusdemque esset et imago et exem-
 plar, tum certe absurdum hoc esset, et mi-
 nime rationi consentaneum, tanquam si unum idem-
 que dicatur esse una eademque re simul et
 majus et minus: nunc autem quid prohibet unum
 idemque alterius esse imaginem, alterius vero
 exemplar? Annon statuz cujuspiam quæ ipsa quo-
 que imago est, aliam item imaginem pictor efficiet?
 Et nonne ejusdem statuz in aqua simulacrum ali-
 quod reddetur? Atque hæc quidem impostura Ari-
 stotelis est hujusmodi. Transeamus vero ad aliam
 ipsius rationem. Præterea, inquit, etiamsi sint spe-
 cies, non tamen sunt ea quæ sunt, nisi sit aliquid,
 quod moveat. Et multa sunt alia, ut domus et an-
 nulus, quorum esse species negant, ut ita sit per-
 spicuum, licere etiam illa quorum esse dicunt
 ideas et esse et fieri talibus de causis, de quibus
 naturaliter sunt atque a sole penitus non absol-
 vuntur, ne a seipsis quidem perficiuntur. Nullam
 enim potentiam in actum procedere nisi ab altero
 quopiam actu vi quadam protrudatur, neque rursus
 id quod sola vi latente sive potentia absolutum est,
 id etiam reipsa absolutum evadere, nisi ab altero
 quopiam, quod sit reipsa perfectius, promoveatur.
 Illis de causis nos, (Gr. col. 928 A) inquit, actum
 illum, quo talia tunc solent perfici, speciebus illis
 atque exemplaribus. Et has a rebus sensibilibus se-
 paratas species bifariam distinguentes, tum in eas
 quæ per se ad efficienda opera sunt idoneæ, tum in
 alias, quæ id ipsum non possunt similiter, priores
 illas harum rerum sempiternarum quæ sensui subje-
 ctæ sunt causas et exemplaria constituimus: hæc
 vero posteriores rerum quæ hic sunt corruptibilium,
 ipsius quidem solis ope auxilioque indigentes, qui
 ipsis materiam admoveat, ubi vero materiam a
 sole acceperint, ipsas quoque per se vim exer-
 centes in illam. Neque vero novum philosophiæ
 genus inducimus, inquit, neque novas causas,
 ut tu dicis, scrutamur, sed causarum potius ple-
 num absolutumque numerum rebus quæ sunt attri-
 buimus, quæ tu imperfectum diminutumque
 reddis. Cum enim tu item causas in quatuor genera
 divides, trium quidem opera etiam ipse uti videris,
 tum finalis, tum ejus quæ initium movendi præbet
 materialis, formalis autem quæ reliqua est, nus-
 quam omnino. Nam si cujuslibet rei sensui sub-
 jectæ speciem sive formam, ejusmodi esse causam
 dixeris, illa sane manifestissime non est causa, sed
 alterius cujuspiam causæ effectus sive opus. Nos qui-
 dem, dicent, (ibid. C) finem ipsum, quod est omnium
 causarum præstantissimum genus non motuum
 solum, sed etiam essentialium et omnium quæcun-
 que sunt, summo illi rerum præsidi atque regi Deo
 attribuius, species autem illas sive formas rerum
 quæ sunt exemplaria constituimus; at causam illam
 quæ movendi initium præbet, animæ illi quæ huic
 cælo præfecta est, materialem denique, materiæ ex

qua universum hoc constat cœlum, assignamus, atque sic rebus quæ sunt plena reddimus genera causarum. Talia itaque dicent (*Gr. col. 928 C*) ii qui species constituunt occurrentes objectionibus Aristotelicis, ubi sane a suis ipsorum principiis non discrepant quidquam, Aristotelem autem convincunt partim calumnia, uti, partim non id conficere quod vellet, tum maxime ipsum in multis ignorantiam suam prodere. Et quam tandem ratione reprehensionem ignorantie effugiet Aristoteles in rebus maximis et multis aliis, quæ jam recitavimus et cum primis, quod sempiternis essentiis sive naturis nullum auctorem sive propagatorem assignet, neque illas ex omnibus cuiquam, quod sint, acceptum ferre velit? id quod Plato non fecit, neque illi qui Platonem sequuntur, qui nimirum, principem illum omniumque regem Deum rebus quæ sunt præcipientes, huic ipsum omnium aliorum, quæ possint aliquid generare patrem et procreatorem omnium quæcunque consilio certo quippiam efficiant conditorem atque effectorem constituunt, nihilque plane eorum, quæ sunt, non ad illum referunt. Illud quoque silentio prætermittere non possum Platonem in scriptis suis fateri se

A quosdam ex veteribus secutum, quibus iam vero non assentiri. At Aristoteles, licet omnibus promiscue contradicat, omnesque reprehendat, nullum tamen nominat, cuius se institutione eruditum fateatur, ex quo apparet ipsum se omnium quæ scripsit inventorem voluisse videri, id quod plane est sophisticum et alienum a moribus veri philosophi, quo etiam illud pertinet, quod in fine logicorum gloriatur suum esse totum opus de methodo dialectica, et addit, illius methodi non hæc quidem pars erat explorata, illa vero non erat, sed nulla prorsus erat. At constat Archytam ante ipsam logicam artem contexuisse, cuius præceptis ipse Aristoteles usus fuit, quin etiam Plato partim principia disciplinarum logicarum tradidit, partim etiam iis ipsis non sine arte in suis scriptis est usus, et artem logicam vocat tanquam exploratam sed nondum exploratam, neque tamen tanquam prorsus non inventam sed jam omnino in usu versantem. Quid igitur dicat quispiam? non esse dignos Aristotelis libros qui legantur; etiam omnino propter utilia quæ in iis ipsis continentur, modo simus memores multos esse iisdem errores permissos.

INDEX CAPITUM HUIUS LIBELLI.

PREFATIO in qua disseritur de comparatione Platonis et Aristotelis, secundum iudicium veterum et recentiorum. Non possum autem hic non commemorare quædam quæ de vita moribusque Aristotelis prodiderunt quidam antiqui et celeberrimi scriptores, quo evidentius appareat non omnes huius philosophi assumptiones pro veris semper amplectendas, ideoque a Gemisto non tenere confutari. Nam quo melior vir quis putatur, hoc similia vero videntur quæ sentit.

Theodoretus Cyrensis episcopus libro contra gentiles Græcos duodecimo ita scribit: *Morem cum fuisse Aristoteli ut oleum venderet quo calido se prius perunxisset. Cumque is olim in Chalcidem navigasset, publicanos explorato ejus navigio invenisse ollas ejus olei quatuor et septuaginta vel ut alii referunt trecentas.*

Idem libro quinto: *Aristoteles autem Platoni adhuc viventi manifeste adversarium se præbuit contra Academiam bello suscepto, neque doctrinæ illi honorem ullum rependit, quam liberalissima olim percepit, neque celeberrimi viri gloriam est reveritus, neque Platonicæ eloquentiæ vim pertimuit, sed impudenter illi adversarium se gessit, cum tamen nequaquam meliorum dogmatum, sed multo pejorum quam Plato, ipse auctor existerit. Nam cum ille animam dixerit immortalem, hic esse mortalem dixit, cumque ille dixerit Deum res omnes providentiæ cura comple-*

C *xiu esse, hic quantum possunt ejus rationes terrarum orbem divinæ providentiæ exsortem facit.*

Subscribit Theodoro Laurentius Valla prologo in Dialecticam suam. *Quæ compilat, inquit, non illis refert accepta a quibus sumpsit, sed sibi vindicat et ubicunque eandem peccasse opinatur, citius ardentem flammam ore continere posse quam non nominare.*

CAPUT I. Quid Plato de Deo et rerum omnium creatione, quod Aristoteles senserit. Quo in loco etiam explicatur, quomodo Plato animam genitam et ingenitam appellaverit.

CAPUT II. Reprehenditur Aristoteles quod Deum summum omnium præsidem ac regem unum ad movenda omnia idoneum non censeat, verum illi socios movendi alias quasdam mentes adiungat.

CAPUT III. Illudne sit genus omnium earum rerum quæ sunt, id est an ens sit tale quippiam, quod decem prima genera univoce non æquivoce complectatur.

CAPUT IV. Utrum Aristoteles genera et species recte secundas: individua vero primas substantias appellaverit, hoc est, an genera et species minus sint quam singularia, et secundo loco ad essentiæ rationem pertineant an contra.

CAPUT V. Utrum universum rationem obtineat materiæ, formæ autem pars, id est, an ad materiam spectet universum potius quam pars.

CAPUT VI. Sensune antiquius sit id quod sensu ipso percipi potest, quod vocant sensibile an simul strumque natura. Quo in loco relativorum natura simul declaratur.

CAPUT VII. Indefinitæ propositionis natura atque proprietas declaratur et quæritur verumne sit quod docetur apud Peripateticos, eandem illam veram tam affirmantem quam negantem inveniri posse.

CAPUT VIII. Num necessaria conclusio sequatur ex duobus præmissis, quarum altera sit necessaria, altera simplex, an vero simplex duntaxat. Ubi simul natura medii termini et proloquiorum sive præmissarum examinatur.

CAPUT IX. Discrimen Dei, mentium sive intelligentiarum et animæ declaratur, et τὸ ὑπερθεῖον quidem esse simpliciter unum, hoc est, ut supremo Deo et esse et posse et efficere, sive magis placet, essentiam potentiam et actum nullo modo distincta haberi, hoc est ut alias sit, alias possit, alias efficiat, sed ut simul et sit et possit et efficiat. Unde postea reprehenditur Aristoteles, qui animam definiens esse actum; de qua re libet etiam Jacobi Ziegleri viri docti censuram adscribere qui sic scribit quodam in loco: *Sed quam sectatur rogo (intelligens Aristotelem) demonstrationum necessitatem, qui a scriptis suis sicut libitum est discedit. Aut definiens animam, demonstratione usus est? anima (inquit) est actus corporis organici physici, vitam habentis in potentia. Ergo alius secutus exemplum definiat, auriga est actor curriculi motum habentis in potentia. Num ille quæ ad substantiam hominis attingebant, dico genus et differentiam essentialem, a quibus desumi definitionem oportebat, attigit.*

CAPUT X. Platonicum dogma defenditur, quod docetur animas e cælo descendentes hauriendo oblivionem rerum divinarum, quarum in cælo erant consciæ, alias vero magis, alias minus, in terris non discere sed reminisci, quod illic ante cognoverint.

CAPUT XI. Anima sitne immortalis apud Aristotelem, et num aliqua bona post mortem constituenda sint.

CAPUT XII. Num virtutes qualitate et quantitate sint metiendæ et an mediocritates dicendæ, ut contendit Aristoteles.

CAPUT XIII. Quod sit summum bonum et an Aristoteles recte summam felicitatem in voluptate contemplativa collocaverit.

CAPUT XIV. Cælum esse igneæ naturæ et dari non oportere quintum quoddam corpus præter elementa quatuor.

CAPUT XV. De immobilitate siderum et quam recte Aristoteles corpora cælestia animata constituat.

CAPUT XVI. Num cælestia corpora vi et natura ignea calefaciant hæc inferiora, an motu duntaxat.

CAPUT XVII. Utrum ars et natura deliberent, dum aliquid agunt.

CAPUT XVIII. Utrum quæ sunt omnia, fiant necessario, an et aliqua contingenter, et utrum dandum sit aliquid in iis quæ sunt quod non habeat causam sui esse. Tale vero tractat toto capite argumentum Gemistus, quod si quis in conspectu habeat, rem perspicue intelliget.

Omne quod fit ab aliqua causa, necesse est fieri. Sed omnis causa quæ aliquid facit, idipsum et necessario et certo facit. Ergo omnia fiunt necessario. Minorem concedit quidem Aristoteles, sed majorem limitat, unde a Gemisto reprehenditur.

CAPUT XIX. Motum in rebus naturalibus esse æquivocum et unum agendo, alterum patiendo fieri.

CAPUT XX. De ideis: sintne ideæ; tum quid sint, et cujusmodi, et quibus rationibus illas Platonicus adversus Aristotelem adversarium suum defendant.

qua universum hoc constat cœlum, assignamus, atque sic rebus quæ sunt plena reddimus genera causarum. Talia itaque dicent (*Gr. col. 928 C*) ii qui species constituunt occurrentes objectionibus Aristotelicis, ubi sane a suis ipsorum principiis non discrepant quidquam, Aristotelem autem convincunt partim calumniis, uti, partim non id conficere quod vellet, tum maxime ipsum in multis ignorantiam suam proderi. Et quam tandem ratione reprehensionem ignorantie effugiet Aristoteles in rebus maximis et multis aliis, quæ jam recitavimus et cum primis, quod sempiternis essentiis sive naturalis nullum auctorem sive propagatorem assignet, neque illas ex omnibus cuiquam, quod sint, acceptum ferre velit? id quod Plato non fecit, neque illi qui Platonem sequuntur, qui nimirum, principem illum omniumque regem Deum rebus quæ sunt prædicentes, hunc ipsum omnium aliorum, quæ possint aliquid generare patrem et procreatorem omnium quæcunque consilio certo quippiam efficiant conditorem atque effectorem constituunt, nihilque plane eorum, quæ sunt, non ad illum referunt. Illud quoque silentio prætermittere non possum Platonem in scriptis suis fateri se

A quosdam ex veteribus secutum, quibusdam vero non assentiri. At Aristoteles, licet omnibus promiscue contradicat, omnesque reprehendat, nullum tamen nominat, cujus se institutione eruditum fateatur, ex quo sciret ipsum se omnium quæ scripsit inventorem voluisse videri, id quod plane est sophisticum et alienum a moribus veri philosophi, quo etiam illud pertinet, quod in fine logicarum gloriatur suum esse totum opus de methodo dialectica, et addit, illius methodi non hæc quidem pars erat explorata, illa vero non erat, sed nulla prorsus erat. At constat Archytam ante ipsum logicam artem contextuisse, cujus præceptis ipse Aristoteles usus fuit, quia etiam Plato partim principia disciplinarum logicarum tradidit, partim etiam iis ipsis non sine arte in suis scriptis est usus, et artem logicam vocat tanquam exploratam sed nondum exploratam, neque tamen tanquam prorsus non inventam sed jam omnino in usu versantem. Quid igitur dicat quispiam? non esse dignos Aristotelis libros qui legantur; etiam omnino propter utilia quæ in iis ipsis continentur, modo simus memores multos esse iisdem errores permixtos.

INDEX CAPITUM HUIUS LIBELLI.

PREFATIO in qua disseritur de comparatione Platonis et Aristotelis, secundum iudicium veterum et recentiorum. Non possum autem hic non commemorare quædam quæ de vita moribusque Aristotelis prodiderunt quidam antiqui et celeberrimi scriptores, quo evidentius appareant non omnes hujus philosophi assumptiones pro veris semper amplectendas, ideoque a Gemisto non temere confutari. Nam quo melior vir quis putatur, hoc similia vero videntur quæ sentit.

Theodoretus Cyrensis episcopus libro contra gentiles Græcos duodecimo ita scribit: *Morem cum fuisse Aristoteli ut oleum venderet quo calido se prius perunzisset. Cumque is olim in Chalcidem navigasset, publicanos explorato ejus navigio invenisse ollas ejus olei quatuor et septuaginta vel ut alii referunt trecentas.*

Idem libro quinto: *Aristoteles autem Platoni adhuc viventi manifeste adversarium se præbuit contra Academiam bello suscepto, neque doctrinæ illi honorem ullum rependit, quam liberalissime olim percepit, neque celeberrimi viri gloriam est reveritus, neque Platonice eloquentiæ vim pertimuit, sed impudenter illi adversarium se gessit, cum tamen nequaquam meliorum dogmatum, sed multo pejorum quam Plato, ipse auctor existerit. Nam cum ille animam dixerit immortalem, hic esse mortalem dixit, cumque ille dixerit Deum res omnes providentiæ cura comple-*

C *xiu esse, hic quantum possunt ejus rationes terrarum orbem divinæ providentiæ exsortem facit.*

Subscribit Theodoro Laurentius Valla prologo in Dialecticam suam. *Quæ complat, inquit, non illis refert accepta a quibus sumpsit, sed sibi vindicat, ubi quæcunque eisdem peccasse opinatur, citius ardentem flammam ore continere posse quam non nominat.*

CAPUT I. Quid Plato de Deo et rerum omnium creatione, quod Aristoteles senserit. Quo in loco etiam explicatur, quomodo Plato animam generatam et ingenitam appellaverit.

CAPUT II. Reprehenditur Aristoteles quod Deum summum omnium præsidem ac regem unum ad movenda omnia idoneum non censeat, verum illi socios movendi alias quasdam mentes adjuvat.

CAPUT III. Illudne sit genus omnium earum rerum quæ sunt, id est an ens sit tale quippiam, quod decem prima genera univoce non æquivoce complectatur.

CAPUT IV. Utrum Aristoteles genera et species recte secundas: individua vero primas substantias appellaverit, hoc est, an genera et species minus sint quam singularia, et secundo loco ad essentiali rationem pertineant an contra.

CAPUT V. Utrum universum rationem obtineat materiæ, formæ autem pars, id est, an ad materiam spectet universum potius quam pars.

CAPUT VI. Sensu antiquius sit id quod sensu ipso percipi potest, quod vocant sensibile an simul utrumque natura. Quo in loco relativorum natura simul declaratur.

CAPUT VII. Indefinitæ propositionis natura atque proprietas declaratur et quæritur verumne sit quod docetur apud Peripateticos, eandem illam veram tam affirmantem quam negantem inveniri posse.

CAPUT VIII. Num necessaria conclusio sequatur ex duobus præmissis, quarum altera sit necessaria, altera simplex, an vero simplex duntaxat. Ubi simul natura medii termini et proloquiorum sive præmissarum examinatur.

CAPUT IX. Discrimen Dei, mentium sive intelligentiarum et animæ declaratur, et τὸ ὑπερῶς οὐκ ἔστιν quidem esse simpliciter unum, hoc est, ut supremo Deo et esse et posse et efficere, sive magis placet, essentiam potentiam et actum nullo modo distincta haberi, hoc est ut alias sit, alias possit, alias efficiat, sed ut simul et sit et possit et efficiat. Unde postea reprehenditur Aristoteles, qui animam defini-
 B niverit esse actum; de qua re libet etiam Jacobi Ziegleri viri docti censuram adscribere qui sic scribit quodam in loco: *Sed quam sectatur rogo (intelligens Aristotelem) demonstrationum necessitatem, qui a scriptis suis sicut libitum est discedit. Aut definiens animam, demonstratione usus est? anima (inquit) est actus corporis organici physici, vitam habentis in potentia. Ergo alius secutus exemplum definiat, auriga est actor curriculi motum habentis in potentia. Num ille quæ ad substantiam hominis at-
 C tenebant, dico genus et differentiam essentialem, a quibus desumi definitionem oportebat, attigit.*

CAPUT X. Platonicum dogma defenditur, quod docetur animas e cælo descendentes hauriendo oblivionem rerum divinarum, quarum in cælo erant consciæ, alias vero magis, alias minus, in terris non discere sed reminisci, quod illic ante cognoverint.

CAPUT XI. Anima sitne immortalis apud Aristotelem, et num aliqua bona post mortem constituenda sint.

CAPUT XII. Num virtutes qualitate et quantitate sint metiendæ et an mediocritates dicendæ, ut contendit Aristoteles.

CAPUT XIII. Quod sit summum bonum et an Aristoteles recte summam felicitatem in voluptate contemplativa collocaverit.

CAPUT XIV. Cælum esse igneæ naturæ et dari non oportere quantum quoddam corpus præter elementa quatuor.

CAPUT XV. De immobilitate siderum et quam recte Aristoteles corpora cælestia animata constituat.

CAPUT XVI. Num cælestia corpora vi et natura ignea calefaciant hæc inferiora, an motu duntaxat.

CAPUT XVII. Utrum ars et natura deliberent, dum aliquid agunt.

CAPUT XVIII. Utrum quæ sunt omnia, fiant necessario, an et aliqua contingenter, et utrum dandum sit aliquid in iis quæ sunt quod non habeat causam sui esse. Tale vero tractat toto capite argumentum Gemistus, quod si quis in conspectu habeat, rem perspicue intelliget.

Omne quod fit ab aliqua causa, necesse est fieri. Sed omnis causa quæ aliquid facit, idipsum et necessario et certo facit. Ergo omnia fiunt necessario. Minorem concedit quidem Aristoteles, sed majorem limitat, unde a Gemisto reprehenditur.

CAPUT XIX. Motum in rebus naturalibus esse æquivocum et unum agendo, alterum patiendo fieri.

CAPUT XX. De ideis: sintne ideæ; tum quid sint, et cujusmodi, et quibus rationibus illas Platonici adversus Aristotelem adversarium suum defendant.

GEORGII GEMISTII PLETHONIS

ET

MICHAELIS APOSTOLII ORATIONES FUNEBRES DUÆ

In quibus de immortalitate animi exponitur.

NUNC PRIMUM E MSS. EDIDIT

GEORG. GUSTAV. FULLEBORN

PROFESSOR ANTIQVARIÆ LITTERARVM IN GYMNASIO ELISABETHANO VRATISLAVIENSIS

(Lipsiæ sumtu E. B. Schwickertii. MDCCXCIII.)

PRÆFATIO.

Cum ad edenda hæc recentioris ætatis opuscula animum adjicerem, hoc quidem facile videbam, optatius esse venturum, si quid classicorum auctorum, quod intra deperdita adhuc ab eruditis deploratum fuerit, in lucem proferrem. Sed hæc nimirum est injuria temporis : delevit dona, vilibus pepercit : etiamsi non nego, fuisse forsitan in deperditis non pauca, quæ bona tantum opinamur, antiqua. Nam, ut de more aliquam commendationem his meis auctoribus præmittam, quoniam nulla hodie spes videtur relicta, fore, ut aliquando classicus aliquis auctor reperiat, nonne et hoc aliquid boni est, si subinde proletarii quidam, præsertim cum aliquid nominis habeant, in apicem proferuntur? Ac profecto hic meus Gemistus, de meliori alias dudum cognitus, neque hæc oratione illud aliquid nominis, quod habet, perditum ibit. Accuratus de eo judicium interponere supervacaneum videtur : cujus singularem eruditionem et egregium dicendi genus doctissimus ille Leo Allatius (1), sive quod ita sibi finxerat, sive quod ita est, is igitur ita laudavit, ut neminem, nisi quem nulla omnino vetustatis reverentia tangat, reprehensurum hunc Plethonem esse sperare liceat. Ac si qui forte Leonis auctoritate non terreantur, quoniam nimirum res eo devenit, ut nostri homines præ omnibus illis Leonibus sapere gestiant, eos ad judicium viri cardinalis delegamus, Bessarionis dico (2), quem scimus sanctissimæ Sedi proximum fuisse (3) adeoque propè falli nescium. Sed hæc hactenus : neque enim ita convenienter videar funebribus orationis præcludere.

De Georgio Gemisto Plethone (4), uti de reliquis Georgiis, tam docte copioseque exposuit Leo ut parum videatur aut fortasse etiam nihil perquirendum reliquisse. Liceat ex ejus diatriba hæc pauca transcribere, Gemistum patria Byzantinum in Peloponneso plurimum visisse, et in Italia sub Eugenio IV, anno 1438, versatum esse cum Bessarione, Theodoro Gaza, aliis. De variis ejus scriptis, quorum

(1) Est Pletho stylo accurato, elegant, presso, Attici succi pleno, sententiis gravi, argumentis vehemente, eruditione vero, et antiquarum rerum congerie quandoque ob-curo atque difficili : non tamen ob gratias ac veneras, quibus ubique dictionem aspergit, molesto, adeo ut cum antiquis nec immerito æquiparetur, sui ævi scriptoribus a plerisque antepontur. Leo Allatius in Diatriba de Georgiis, in *Script. Hist. Byz.* (Par. 1631) pag. 392, apud Fabric. in *bibl. Gr.* Vol. X, p. 754.

(2) Τοιοῦτω ἀνδρὶ, scribit is, οὗ μετὰ Πλάτωνα, ἐξηγήσθω δὲ λόγῳ Ἀριστοτέλης, σοφώτερον ο.χ. ἐποίησεν ἢ Ἕλλάς. — Μέγας Ἑλλάδι κόσμος εἰς τὸν

ἔπειτα χρόνον κείναι· τούτου κῦδος οὐ ποτ' ἄλλοις κ. τ. λ. Tali viro, quo, post Platonem, si excipiantur Aristoteles, sapientiore non genuit Græcia. Magnum Græciæ decus in posterum erit; ejus gloria nunquam intercidet, etc. Epistola Bessarionis ad Plethonis filios, apud Leon. Allat. *De consensione utriusque Ecclesiæ perpetua.* (Col. 1648) c. 3, pag. 937, diatr. p. 392.

(3) Vid. Bernardus de la Monnoye in *Menagianis.* tom. IV, p. 127. sq. Conf. Apostolii, or. 33.

(4) Conf. Diatr. ejus in Fabric. *Bibl. Gr.* Vol. X, pag. 759. sq. et Harlesius V. Cl. *Introd. in Gr. auct. not. h. u.*

pars magna inedita adhuc est, idem fusius agit Allatius (5), in quibus *Orationem funebrem in Hypomonem et Cleopem imperatrices, Monodiam in Hypomonem et Cleopem imperatrices* (6) et *Orationem funebrem in obitu reginæ Cleopæ Palæologinæ* commemorat, in qua de animi immortalitate agitur (7), et quam certissimum est eandem hanc nostram esse. Theodorus autem princeps, cujus uxorem Cleopem deplorat, non ille Porphyrogenneta fuit, Manuelis Palæologi frater, princeps laudatissimus, de quo adeundi sunt scriptores in nota (8) nominati, sed junior ille Theodorus Porphyrogenneta, illius Theodori patris successor. Andronici filius, Peloponnesi despota, idem, quod opinor, ad quem noster Συμβουλευτικήν de rebus Peloponnesiacis constituendis scripsit (9). Cleopem hanc nostram qui commemoret, aliam nullam novi, præter Georgium Phrantzem in *Chronico Rerum Byzantinorum* (e versione Jac. Pontani ad. calc. Theophylacti. Ingolstad. 1504. 4.) II, c. 10. Ad quem locum Pontanus utrumque Theodorum male confundit. Mortua est ea anno Christi 1433 et in monasterio Ζωοδότου sepulta. Plura de hoc illustri pari conjugum afferre nunc non habeo, neque etiam valde opus est, cum oratio per se facile intelligatur.

Michaelis Apostolii orationem, tum quod a viro profecta est Gemisti amico (10) et fido defensore (11), tum quod in virum scripta, Plethonis et Apostolii summum fautorem (12); non minus etiam, quod passim eam aperte imitatur Gemistana, huic eam me optimam puto comitem adiunxisse (a). Fuit autem ille Michael Apostolius exsul Græcus, qui medio sæculo decimo quinto in Italiam venit, a Bessarione primam benigne habitus, deinde, mortuo Purpurato, pauper et egenus in Creta insula libris rescribendis (13) vitam toleravit. De reliquis ejus scriptis nihil hoc loco attinet dicere (14); nostram hanc orationem commemorat Labbeus (15), et editurus cum ejusdem acclamationibus ad Bessarionem. Leo Allatius erat in VII^o volumine Συμμίτων (16).

Bessario ille, quem Noster locuti prosecutus est, patria Trapezuntius, monachus Ordinis S. Basilii et archiepiscopus Nicænus, primus Græcorum inter cardinales cooptatus est anno 1439 ab Eugenio IV, et titulo patriarchæ Constantinopolitani a Pio II anno 1463 ornatus. Diem obiit Ravennæ d. 15 Nov. 1472, redux et Gallia, in quam a Sixto IV fuerat legatus: Romæ sepultus ad SS. Apostolos, ubi ipse sibi vivus anno 1466 monumentum posuerat. Laudant singularem ejus probitatem, fidem, animi candorem et morum facilitatem, quotquot de eo exposuerunt auctores (17). De eruditione ejus singulari, ut tum erat, Græca et Latina opera testantur (18), in primis elegantes illæ memorabilium Xenophonteorum et Aristoteleæ Metaphysices versiones.

Codex, e quo utramque hanc orationem descripsi, ad inclytam nostram Rhedigerianam in æde S. Elisabethæ pertinet: (de cujus cimeliis se nox esse eruditus accuratius relaturum, Scheibellius, vir doctissimus ac de omni pene litterarum genere meritiissimus, ad nostras aures pollicitus est.) Chartaceus codex est, maximam partem ab Antonio Damila et a Michaele Apostolio scriptus, interveniente passim aliena manu, quod tamen raro fit, pessima sane lectuque difficillima. Aliquot pagellas Georgius quidam Plusiadimus, quod aliquo loco notatum est, scripsit. Litteræ minutæ sunt, plurima in singulis libellis, sed usitata plerumque scribendi compendia. Continet ille hæc:

1. Dionysii Halic. de *Compositione verborum*.

2. Theophrasti *Characteres*.

3. Isocratis ad *Demonicum Orationem*.

4. Palæphatum, *De incredilibus*.

5. Tractatum rhet. (Mich. Apostolii, quod video e Leonis Συμμίτων Cat. Fabr. XIV, p. 9, n. 78.) *Πρὸς Φράσι; ἐστὶ λόγος; ἰγκατάσκευος, ἢ λόγος; κατὰ τινα δὴλωσιν περισσοτέραν ἐκφερόμενος;*

(5) Ap. Fabric. l. c. p. 740.

(6) Ap. Fabr. l. c. p. 746, e Lambecii Cat. bibl. Cæs. Vind. V, p. 175. e Bibl. Vatic. Attemp. Boxl. Regia Paris. Sareg.

(7) Ex bibl. August. et Loll. Ind. ms. esse eam quoque in bibl. Regia Paris. testatur ib. p. 746, n. 17.

(8) Du Fresne *Hist. Byzant.* continens famil. imp. etc. Par. 1680. Combefisii *Auciar. Nov. Bibl. Patrum* tom. II, pag. 1045 — 1214. Laonici *Histor. Turcica*, I, IV.

(9) Ap. Fabr. l. c. p. 743. Cod. est in Bibl. Bav. Col. 200. et alibi. Edit. Antw. 1575.

(10) Ἄνδρὸς οὐ μόνον αἰδεσίμου, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Ἀριστοτέλει καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, εἶγε καὶ ἐκείνου; ἐγένετο ὁ ἀνήρ. *Viri non solum in venerationem habendi, sed et ab ipso Aristotele et ab omnibus antiquitatis hominibus si vir illis coævus existisset.* Ita de Plethone Apostolius.

(11) Exstat in bibl. Cas. Apologia Apostolii pro Gemisto adversus Gazant. *Lambec. Catal.* VII, p.

A 113. De epistolis Apostolii ad Gemistum cf. id. p. 116.

(12) Apostolium e gratia Bessarionis excludisse, Fabricius ex epistola colligere voluit, in qua Pater monuerit Nostrum: *Ὁ δὲ λοιδωρίας τοῦ ἀντιδίκου (Gazæ sc.) ἀλλ' ἀποδείξαι καὶ λογικῆς ἀνάγκαι; τῷ φίλῳ (Plethoni, conf. n. 2) συνηγορητέον, τὸ τ' ἐχθρὸν ἀμυντέον. Non convictis in adversarium, sed probationibus et logicis insolubilibus argumentis amico patrocinandum esse et de inimico ulciscendum.* Levissima sane causa. Neque etiam tale quidquid oratio hæc nostra prodit. Fabr. l. c. p. 224.

(13) Homeri Codicem in inclyta nostra Rhedigeriana Rep. I, n. 98, 99, ipse Apostolius notavit ἐν πινυ; se scripsisse.

(14) Ad Fabric. *Bibl. Gr.* vol. X, p. 222 sq.

(15) Labb. *Bibl. Nov. mss.* pag. 71.

(16) Fabric. vol. XIV, pag. 14, n. 124.

(17) Fabric. B. gr. vol. X, p. 401 sq.

(18) Idem ib. p. 402 sq.

(a) At ei apud nos non erat hic locus. Vide tomum proxime sequentem inter Prolegomena ad Bessarionis opera. Edit.

6. *Grammaticam Græcam*, anonymi. Pr. Περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου διδασκαλία πολλή τε καὶ βαθεῖα καθέστηκε φιλομαθεστάτου Λαζάρου (19).
7. *Fragmentum libelli moralis*. Pr. Ἄρετή ἐστὶν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἔσπεν. (Gemisti *De virtutibus*. Vid. Ed. Oratationem ejus snas. Antw. 1575.)
8. Georgii Gemisti πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀριστοτέλους Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου ἀντιλήψεις. Cons. Allat. apud Fabr. l. c. p. 747. sq.
9. *Apostolii Oratationem fun.*
10. *Æliani Ποικίλην Ἱστορίαν.*
11. *Plutarchi Περὶ παιδων ἀγωγῆς.*
12. *Ejusdem De Utilitate ex inim. cap.* (Lacunis dives hic libellus est.)
13. *Gemisti Oratationem fun.*
14. *Isocratis Ἑλλήτης ἐγκώμιον.*
15. *Fidei confessionem*, ut vocant, Bessarionis (sine auctoris nomine). Pr. Πιστεύομεν ὅτι ἐστὶ θεὸς δημιουργὸς πάντων ὅσα εἰσὶν ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι. Exstat eadem in Bibl. Cæs. Lambec. Catal. V, p. 326. Omnia Græce. In ultimæ codicis folio ascripta sunt hæc : Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐκτίθη ἔμοι Ἀντωνίου Δαμιᾶ χρυσίνοις δυνεὶ καὶ μικρὸν τι πρὸς.
- Hæc fere habui, quæ de his oratiunculis lectores monerem, sperans fore ut hoc, quiddam est, æquè bonique consulant, si quos, ut cum Cicerone loquar (*Brut.* 16) *mortuorum laudationes forte delectant. Dabimus mox graviora. Scribendam Vratislaviæ Kal. Jan. 1792.*
- (19) Michaelis Syacelli est. Vid. Sylburgii Catal. mss. Bibl. Heidelb. p. 109, ms. Coisliniani p. 230.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ

ΕΠΙ Τῆ ΤΟΥ ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ ΗΜΩΝ ΗΓΕΜΟΝΟΣ ΚΥΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΥΡΙΑ
ΚΛΕΟΠῆ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΓΕΜΙΣΤΟΥ.

GEORGHII GEMISTI

IN DOMINAM CLEOPEN DIVINISSIMI PRINCIPIS NOSTRI UXOREM
